PRO CALENDARIO GREGORIANO

DISPVTATIO

APOLOGETICA A IOANNE BVSÆO SOCIETATIS IESV Doct. Theologo Disputationi Lutheranæ Tubingensi opposita,

ET


IN ACADEMIA MOGVNTINA ANNO M.D.LXXXV. Ad III. Idus Martias publicè proposita,

RESPONDENTE

Pro prima laurea Theologica consequenda,

M. PETRO ROESTIO NOVIOMAGO sacrarum literarum studioso.

MOGVNTIÆ, EX OFFICINA GASPARIS Behem, Anno 1585.


✠ WOLFGANGVS·D·G·ARCHIEP·MOGVT·S·R·IMP·PER·GER·ARCHI·CAC·PRINC·ELECT·

ILLVSTRISSIMO REVERENDISSIMOQVE DOMINO AC Principi D. CAROLO à Lotharingia, Metensium Episcopo.

C. IVLIVS Cæsar cum fastos veteres, ILLVST. PRINCEPS, iampridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam, teste Suetonio, adeo turbatos, vt neque messium feriæ æstati, neq; vindemiarum autumno competerent, correxisset, non potuit tamen, vt in eius vitam annotauit Plutarchus, quorundam, qui grauiter eius potentiam ferebant, inuidiam declinare. Sic GREGORIVS XIII. Pontifex Max. postquam eosdem fastos diuturnitate temporis collapsos, Mathematicorum opera, magno Christiani orbis applausu restituit, non potuit tamen ministrorum Euangelicorum, quibus, vt sudes, hactenus in oculis est Romani Pontificis in Ecclesiam principatus, reprehensiones, conuitia, maledicta euadere. In quibus merito primas tenet Tubingensis Professor Iacobus Heerbrandus, qui magnam partem thesium suarum de Calendario Gregoriano, quas hoc libello refellimus, huiusmodi flosculis respersit. Vt enim importunum istud hominum genus exitiali odio flagrat in Romanā Ecclesiam, ita confictis & sine iudicio corrasis vndique ratiunculis, Principibus magistratibusq; suis persuadere conatur, Calendarium nouum sine iactura religionis & salutis æternæ acceptari nō posse, hoc ipso quod à Romano Pontifice sit pfectum. Certe Tubingensis iste totum probationum suarum ædificium aduersus Calendarium Gregorianum erectum, non alio quam vanissimarum suspicionum fundamento imposuit. Suspicatur enim Calendarium nihil aliud esse quam

machinā ad euertendum totum Lutheranismum à Catholicis fabrefa
equum scilicet Troianum multis Vlyßibus & Neoptolemis, hoc est, e
ribus, impietatibus & idolomanijs Pontificijs completū, quem, si in
clesias Augustanæ Confeßionis aliquando inuehatur, mox totus è cu
lis erumpens consecuturus sit Papatus. Quibus suspicionibus si homi
isti initio abstinuissent, et salutare consiliū sui Martini Chemnitij in ep
ad Guilielmum Lantgrauium data, atq; præclarum Augustanorum
emplum, qui equum illum Troianum commentitijs Vlyßibus & Neop
lemis exoneratum in vrbem inuexerunt, secuti essent, melius fa
opinioniq; & incolumitati Ecclesiarū suarum consuluissent. Quid eni
postquam Italia, Gallia, Hispania, Lusitania, India, Polonia, Be
um & in Germania ipsa tot Catholicorum Principum ditiones, (qui
paucæ Protestantium vndiq; obsidentur Ecclesiæ,) Calendarij corre
onem magno silentio receperunt, quid, inquam, nunc facere aliud possu
quàm vel solis vrgentibus mercatoribus ad totius orbis Christiani c
sensum se accommodare? An persuadebunt Cæsar. Maiest. Principib
Electoribus, cæterisq; ordinibus Imperij nouā, vel de integro restitue
di, vel certè restituti iam Calendarij promulgandi rationem ineund
esse? Non certè. Nam, si quod iam semel restitutum est, publica
dum est in vulgus, quo alio consilio opus est, quam quo Augusta
vrbis ministri, ex Magistratus mandato, iudicio Cameræ Imperia
confirmato, superiore anno ad XVII. & XVIII. Iunij de sugge
in Ecclesijs adiuncta protestatione publicarunt? Sin noua potius r
tio emendandi Calendarij quærenda est, quis Cæsari Catholicisq; Pri
cipibus, qui nouum Calendarium iamdudum receperunt, autor eße p
terit, vt à more recepto discedant? vt Pontificis summi mandatum co
temnan

temnant? vt ab externarum prouinciarum saluberrima communione se separent? Atq; vt inter Imperij Principes conueniat de alia ratione emẽdandi, quis exteris Regibus, prouincijs, Pontifici Max. persuadebit, vt morem suum cum perturbatione totius Europæ repudient, exosculentur autem Germanicam corrigendi formulam ab aliquo Molitore fabricatã? Si enim nationibus non omnibus, *inquit Lutherus in l. de Conc.* communiter suffragantibus suscipiatur, politicæq; actiones, mercatus, nundinationes, & alia huius generis negocia nostri temporis Pascha respiciant: istius loci hominibus necessario ad mercatum alius nationis illegitimo tempore veniendum erit: omniumq; horribilis confusio rerum & intricatio creabitur maxima. *Scribunt quidem ministri Euangelici & Disputator noster Tubingensis*, si ab Imperatore Romano, Electoribus, Principibus, alijsq; Imperij ordinibus studio & diligentia Mathematicorum correctum esset vetus Calendarium, absq; omni tergiuersatione suscipiendum esse: *sed reuera eo consilia & studia eorum collimant (quia clare vident rem tantam, non Germaniæ modo sed orbi Christiano communem, nec debuisse nec potuisse ab alio commodius quàm à Pontifice Romano præstari,) vt nunquam integritati suæ Calendarium restituatur, atq; Ecclesia Christiana in turpissimo errore vsque ad extremum Iudicij diem consenescat? Quare Lutheri, cum hoc argumẽtum tractaret, supremum illud fuit iudicium, hic ab Heerbrando & alijs repetitum, sanctionem Concilij Nicæni de Martij plenilunij obseruatione, ligneam, & ex squallentibus Mosaicæ legis pannis consutam esse, puritati Euangelij repugnare, satius esse, si in Ephemeridibus Paschati certus dies, vti festis immobilibus, adsignetur: itaq; optare se, quoniam breui Mundi finis erit,* vt Paschalis in festi cultu modus hactenus vsitatus conseruetur. *Vnus Thobias Mollerus, nesciens quid loquatur, nuper in instructione*

ſua de Calendario reformato germanicè edita, ab hoc Lutheri iudi diſcedere non dubitauit. Hortatur enim apoſtrophe quadam R torica Papam, Imperiumq́ue Romanum, ſi legitimam Calendarij re tutionem eſſe velint, vt Paſcha in eum diem, quem deus mandauit, ponant, eo quod fas non ſit à diuino mandato diſcedere. Quid ais b Mollere? num apud te es? quæ eſt hæc noua Theologia? num ex diuinum præceptum de celebrando Paſchate alibi, quam in veteri te mento? nunquid ergo vis celebrare Paſcha Iudaicum, quod vnum uino mandato celebratur? nunquid vis quoq; circumcidi? quia æquè uinum extat mandatum de circumciſione, inquit Epiphanius, ac de ſchate. Nunquid vis fieri Iudæus? quia, qui vnum legis ritū diuino m dato facit neceſſarium, debitor eſt, *ſecundum Apoſtolum,* vniuerſæ gis faciendæ. *Sed dimittamus hominē ad ſua prognoſtica, cum adm tione Apellis. Ne ſutor vltra crepidam. Debebat vir bonus, ſi ſcri ras non legerat, ſi hiſtorias antiquitatis non viderat, non ignorare Paſchatis, omnibus Lutheranis adiaphorum & liberum cenſeri, quæſtionem Paſchatis & Calendarij illis eſſe rem parui momenti, leu culam, nugas. Quanquam, qui antiquitatem totam vel primoribus la deguſtauit, nouit hac oratione nihil poſſe eſſe leuius, vanius, impudent Neq; enim obſcurum eſt, quot ſynodi mox poſt Apoſtolorum ſæculum to orbe, teſte Euſebio, celebratæ ſint, vt certa conſentiensq; ratio ag di Paſchatis vbiq; teneretur; quàm grauis controuerſia hæc viſa ſit trib. Nicænis, Magnoq; Conſtantino in Oecumēico totius orbis Conci Quantum ſtudium clariſſimi Pontifices, Pius, Victor, Innocentius, Magnus, & alij adhibuerint, ne dei cultus errore aliquo in obſeruādo Paſchate læderetur. Quorū veſtigijs noſtro ſæculo inſiſtentes. Pon*

ces Im

ces Imperatoresq; Romani, deprehenso manifestissimo in fastis veterib. errato, celeberrimis quibusq; Academijs, & in his Tubingensi, sub pœna excommunicationis, teste Ioanne Stoefflero, mandarũt, vt Astronomorũ studio rationes aliquas emendandi Calendarij exponerent. Quod ita præclare à multis perfectum est, vt Chemnitius 4. p. exam. scripserit rationẽ Calendarij facillimè iã posse emẽdari, vt obseruatio Paschatis quotannis conueniret ad constitutionẽ Nicænæ synodi? eo quod rationes illæ publicis scriptis erudite monstratæ sint à Stoefflero, Pyghio, et alijs. Et ante illum Lutherus fatetur suo iam tempore sub annum Domini 1539: omnia quæ ad emendationẽ Calendarij pertinerent, Astronomorum diligentia, ita elaborata fuisse, vt præter edictum & mandatum supremi Magistratus, quod quidem, inquit, perpulchrum, & factu nequaquam esset difficile, deesse videretur. *Quare S. D. N. GREGORIVS XIII. supremus magistratus fecit rem immortali gloria dignam, Reipub. Christianæ salutarem, Lutheri desiderio congruentem, quod tandem fastos Ecclesiasticos à fœdissimo illo lapsu vindicarit. Fecerunt Christiani Principes atq; Respub. rem morigeris Ecclesiæ matris filijs consentaneã, quod tanta animorum consensione (in qua vel sola illustre apparet diuinæ prouidentiæ erga Ecclesiam testimoniũ) in ditionibus suis restitutum Calendariũ diuulgarint. Fecit prudentissimus Augustæ Vindelicorum senatus, rem ciuitati suæ Catholicis ditionibus vndiq; vallatæ opportunã, & ad exemplum Euangelicarum Ecclesiarũ sempiterna memoria dignissimam, quod decretum de acceptando nouo Calendario non modo ediderit, sed nec prius à iustissima sententia se dimoueri passus sit, q̃ ipsis quoq; Pastoribus & Diaconis totiq; populo autoritate grauissimi iudicij Imperialis Cameræ, rationeq; iustissima, æquitatem decreti sui, frustra recalcitrantibus per theses & epistolas Tubingensiũ Theologis probauisset.*

bauisset. Verũ iam tempus est, vt Ill. C. T. ad ipsam disputationem remittã, ex qua liquido cognoscere poterit, quanta vanitate & leuitate istam nouam Gregorianam temporum emendationem Nouatores repudiarint. Quam disputationẽ, quod meæ conditionis & facultatis probe conscius nunquam tentassem, Reuerendorum tamen Præceptorum meorum voluntate impulsus, clarissimo Illust. C. T. nomini, vt maiorem apud omnes autoritatem haberet, inscribere non dubitaui. Siue enim in antiquissimam generis tui nobilitatem oculos conuerterem, quàm ex Ducum Regumq; potentissimorum sanguine traxisti; siue in res præclarè gestas maiorum tuorum Lotharingiæ Principum, qui olim bellica virtute etiam ad sanctum Hierosolymorum regnum peruenerunt; siue in præclaram animi tui indolem & eximias virtutes, quibus ab ineunte ætate singularem, non apud ciues modo tuos, sed etiam apud exteros de te exspectationem concitasti; vnus ex nobilissimis Ecclesiæ Cathedralis Moguntinæ, in qua iam resides, luminibus dignissimus videri debuisti, cuius patrocinio hoc munusculum literarium commendaretur. Quod cum plane confidam Illust. C. T. vti est sacrarum omniumq; bonarum literarum amantissima, non futurum ingratum, est quod meo Præceptorumq; meorum nomine Deum Opt. Max. etiam atq; etiam obtester, vt Illust. C. V. Ecclesiæ Catholicæ diu incolumem florentemq; conseruet. Moguntiæ Pridie Kalend. Martias. Anno à partu Virginis 1585.

ILL. CELS. V.

Humilis cliens

Petrus Roestius Nouiomag[...]

DISPVTATIO APOLOGETICA PRO CALENDARIO GREGORIANO.

DE STATV CONTROVERSIÆ.

I.

QVIDAM Theologiæ Lutheranæ Profeſſor Iacobus Heerbrandus anno proximo Tubingæ Diſputationem de Adiaphoris & Calendario GREGORIANO in lucem emiſit, in qua multis quidem, at futilibus & putidis argumentis probare conatur, Calendarium nouum Gregorianum bona conſcientia ab Eccleſijs Proteſtantium recipi non poſſe.

II. Huic Diſputationi apologiam Catholicam opponemus, vt videant imperiti, quantas Profeſſor ille clariſsimæ luci conatus ſit offundere tenebras, diuinarum ſcripturarum teſtimonijs in ſui perditionem deprauatis, & quæ reſponſione d gnæ nõ ſunt alienis quæſtionibus, ac iniquiſsimis in Pontificem Romanum calumnijs & maledictis.

III. Viam vero & ordinẽ eum in refutando tenebimus, qui ad aduerſarij ratiocinationes nullo ordine tractatas, ſæpeq; ad nauſeam repetitas, noſtraſq; reſponſiones intelligendas magis erit accommodatus.

IIII. STATVS igitur totius controuerſiæ, (vt inde ordiamur, & alia omnia, de quibus inter nos & Tubingenſem conuenit, amputemus,) hac vna quæſtione, non diffitente Heerbrando, continetur. POTVERINTNE *Eccleſiæ Proteſtantium bona conſcientia Calendarium emendatum, & à Pontifice Romano diuulgatum recipere?*

V. Quod non potuerint, illa in primis ratione, vt aliæ omnes deſint, Diſputator confici putat. Quod qualecunq; tandem ſit Calendarium Gregorianum, hoc ipſo bona conſcientia à ſuis

recipi non posſit, quod à GREGORIO XIII. vnde 8
men accepit, Pontifice Romano, capitali noui Euangelij
ſit profectum, *Nam*, inquit, *ſi ab Imperatore Romano, Electo*
the. 102. *Principibus alijsq; Imperij ordinibus, quorum hæc erat cura, ſtudio*
ligentia Mathematicorum correctum eſſet vetus Calendarium, tum
liticum eſſet, & absq; omni tergiuerſatione ab omnibus grata mente
peretur.

VI. Verum hanc rationem, omni ratione vacuam eſ
qua tamen ille arcem cauſſæ ſuæ poſuit, nemo non videt.
quia odio Romani Pontificatus excæcati Miniſtri Verbi
negabunt ſe id videre: agite inquiramus num ab alio qu
ſummo Pontifice iure debuerit, vel etiam commodè pot
Calendarium peritiſsimorum Mathematicorum ſtudio &
duſtria correctum Germaniæ cæteriſq; ampliſsimis orbis C
ſtiani regnis Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Luſitaniæ, Indiarum
loniæ, Hungariæ, Siciliæ, Angliæ, Scotiæ, Suetiæ promulg

ROMANO Pontifici incumbere curam emendandi Calendarij.

VII. Quod enim Romanis Pontificibus ea cura in pr
incubuerit, vt longiſsime probationem arceſſamus, inde ſi
tudine quadam æſtimari poteſt, quod C. IVLIVS Cæſar,
qua Monarcha Imperij Romani, ſed qua Pontifex Maximu
it, anni rationem, &, quo nos hactenus vſi ſumus Calendari
opera & ſtudio Soſigenis Mathematici Alexandrini, & M.
uij ſcribæ primus emendauerit, orbiq; publicarit: in eoq;
tunc in Repub. Romana vſitata adſcripſerit, quo nomine
clarè eum de Repub. meritum eſſe vltro Tubingenſis concedit.

C. Sueton. in vit. Cæſ. Mac. l. 1. Satur. c. 14 Plin. l. 18. c. 25 Plut. in vita Cæſ. Dio Caſſ. l. 43. Rom. hiſt.

the. 80. VIII. Vnde duo vel etiam tria contra aduerſarium ex
untur argumenta. Primum eſt, poteſtatem conſtituendo
temporum, indicendorumq; feſtorum ad Principem Eccleſi
religionis, quod natura docuit Gentiles, & non tantum ad
cleſiam totam, vel Eccleſiaſticos Miniſtrorum conuentus, v
paſsim nugantur, pertinere.

IX. Alterum eſt, Diſputatorem cum ſchola Tubingeſi n
le ſe

le sequi Pontificem Ethnicum, hominem testimonio sæcularium scriptorum flagitiosum, toto cœlo in corrigenda anni ratione errantem, quam Pontificem Christianum re & nomine sanctissimum, Cæsaré Catholicum, Christianissimos Reges, illustrissimos Duces, maximas prouincias, in corrigenda anni ratione cum ipso cœlo consentientes. *the.37.39.40 41.92.*

X. Tertium est, caussam legitimam reddi non posse, cur IVLIVS Cæsar olim bene meritus sit de Republica corrigēdo Calendarium, quod tamen, vt exitus demonstrauit, perperā correxit, & non bene meritus sit de eadem Repub. etiam Lutherana GREGORIVS corrigendo errorē Iuliani Calendarij, (quod à C. Iulio, teste Censorino, ita appellatum est, vt nunc à Gregorio Gregorianum) quem veluti norunt Matheseôs gnari, & multi de ipsis non diffitentur, rectè correxit.

XI. Et rursus, cur prisci Christiani, maiores nostri, Calendarium Iulianū, in quo festa quoq; gētilitia, vt agnoscit aduersarius, annotata fuerūt, bona cōscientia recipere potuerunt, idemq; à Catholica Ecclesia bona conscientia Lutherani acceperunt, & adhuc pertinaciter retinent: & non potuerint vel poßint nunc bona conscientia Ecclesiæ protestantium recipere Calendarium GREGORIANVM, in quo festa eodem ordine & numero, quo in veteri fuerunt, annotata reperiuntur?

XII. At dimittamus Gentilitios Pontifices, ne videamur p̄sidium caussæ nostræ in ijs collocauisse, quos aduersarij fortasse existimabunt ab hac quæstione remouendos.

XIII. E Christianis Pontificibus ante annos 1400. eoq; amplius, cū dißimilitudo quædam in obseruando Paschatis festo, à cuius celebratione omniū deinceps festorum series pendebat, inter Ecclesias Oriētis & Occidentis incidisset, PIVS I. Pontifex Romanus, à B. Petro Apostolorum Principe nonus, decretum edidit, vt omnes quotquot toto orbe essent Christiani, vno eodemq; die, hoc est, Dominica post XIIII. Lunā verni Æquinoctij Pascha celebrarent. *De consf.d.3. c. nosse vos.*

XIIII. Quod decretū cum Pij successores, Anicetus, Soter Eleutherius renouassent, & quædam orientis Ecclesiæ ei parere

ep.1.ad Theop. Alex. De cõs. d.3. c. celebritatem. Euseb. l.5. hist. c.23.24. detrectassent, secutus est sanctissimus Pontifex & marty ctor, qui quæsitis Ecclesiarum maximarum sententijs, mu in Oriente & Occidente de quæstione Paschatis habitis syn post dulcissimam totius pene orbis consensionem, non du uit anathemate ecclesiastico ferire eos, qui saluberrimo vt moq; decreto deinceps obsecuti non fuissent.

XV. Postquam vero Asiaticæ quædam Ecclesiæ, conter Pontificio edicto, detestando schismate se à sedis Apostolicæ rumq; Ecclesiarum communione sponte absciderunt, longi progressæ, præpostero zelo defendendæ consuetudinis suæ, in resin Quartadecimanorum degenerauerunt; nullum aliu medium morbo incurabili huius dissensionis sanando super quam vt Oecumenici vel vniuersalis Concilij sanctione, a tis & discussis Episcoporum totius orbis sententijs contro sia Paschatis plenissimè dirimeretur, & Quartadecimani E siæ Catholicæ reconciliarentur.

XVI. Quod sane præclare, in prima illa Nicæna 318. E scoporum synodo, cui Syluestri Pontificis Romani loco Vi Vincētius & Osius Cordubensis, vt est in præfatione synodi dicensis, præfuerunt, perfectum est; sed ita, vt neq; Patres i neq; Constantinus Imperator, à sententia decretisq; Roma rum Pontificum putauerint esse recedendum. Nam tota Sy ●us in Epist. ad Alexandrinam ecclesiam missa, magna an voluptate certiorem eam reddit, Orientales velle posthac se Romanos, Romanorumq; appellationem sibi, hoc est, syn anteponit. Verba Patrum apud Theodoretum sunt hæc. *Quod tem ad omnium consensum de sacratissimo festo Paschatis celebrando a net, scitote quod vestris precibus controuersia de ea re suscepta prudent commodè si data est: ita vt omnes fratres, qui Orientem incolunt, q Iudæorum consuetudinem ante in eo festo obseruando imitari solent, Romanos, nos, & omnes vos, qui eundem morem, quem nos, in illo lendo à primis temporibus tenuistis, sunt consentientibus animis in co celebrando deinceps sedulo secuturi.*

Cedrenus in comp. hist.

lib. 5. Eccl. hist c.9.

XVII. CONSTANTINVS quoq; sanctissimus Im rator, in hæc verba, teste eodem Theodoreto, & ante eum Eu

bi

bio, ad omnes Ecclesias scripsit. *Ipseq; in me recepi, vestram sapientiam facilè assensuram: vos videlicet, quod in vrbe ROMA, in Italia, in Africa, in Aegipto. in Hispania; Gallia & Britannia, in Lybia & vniuersa Græcia, in dioecesi Asiatica & Pontica, in Cilicia deniq;, vna & consentiente sententia seruatur, hoc etiam vestra prudentia lubenter approbaturos, &c.* In qua sane oratione perspicue videmus, non modo solam Romam ex omnibus vrbibus nominatam, sed ex omnibus quoque orbis partibus, Vrbem orbi antelatam esse. *Theod. lib. i. c. 10. Eus. lib. 3. de vita Constantini. c. 16. 17. 18.*

XVIII. Post Concilij autem Nicæni tempora, quotiescunq; in supputatione temporum, legitimaq; Paschatis constitutione, error aliquis per incuriam Astrologorum Aegyptiorum, vel Alexandrinorum Episcoporum, quibus hæc cura erat demandata, obrepsit, eius mox emendandi prouinciam sibi assumpserunt Pontifices Romani. Nam imperante Martiano Augusto, vt hoc vnum exemplum commemorem, cum in Ephemeridibus vel supputatione centenaria Theophyli Patriarchæ Alexandrini erratum huiusmodi deprehensum esse videretur, mox Pontifex Romanus B. Leo valde sollicitus, ne Dei cultus aliquo errore læderetur, per literas rogauit Imperatorem & Eudoxiam Augustam, vt studio suo & opera deesse ne vellent, *quatenus Aegyptij*, inquit, *qui certam huius supputationis videntur habere notitiam, scrupulum huius sollicitudinis absoluant, vt eum diem generalis obseruantia dirigat, qui nec paternarum constitutionum normam relinquat, nec vltra præfixos terminos euagetur.* *ep. 64. 65.*

XIX. Cum vero Martianus Augustus, quæsitis Astrologorum sententijs, respondisset annotationem Theophyli Episcopi Alexandrini probari Orientalibus, mox optimus Pontifex Leo studio pacis & concordiæ conseruandæ, positis omnibus disputationibus, per epistolas, Galliæ & Hispaniæ Episcopos admonuit, vt ad octauum Calendas Maias cum Orientis Ecclesijs pascha celebrarent. *Quia ergo*, inquit, *studio vnitatis & pacis malui Orientalium defensioni acquiescere, quam in tantæ festiuitatis obseruantia dissidere, nouerit fraternitas vestra, die octauo Calendarum Maiarum, ab omnibus resurrectionem dominicam celebrandam, & hoc ipsum per vos* *ep. 95.*

alijs esse fratribus intimandum, vt diuinæ pacis consortio, sicut vn iungimur, ita vna solennitate feriemur.

XX. Ex his omnib. manifestè constat describendorũ t porum festorumq;, ac Calendarij corrigendi curam Ponti: semper humeris incubuisse, eáq; ab eius humeris remouen non esse, velit nolit, fateri debet aduersarius, eo ipso q; m verbis conatur ostendere, Calendarium non esse politicũ, ei correctionem & promulgationẽ ad Ecclesiasticum tantum tinere magistratum. Quanquam viderit hic Heerbrandus, c admodum à manifesta contradictione se liberet. si enim Ecc astico non politico Magistratui cura incumbit emendandi lendarij, cur in thesi 102. scribit eam curam incumbere Imp tori, Electoribus & cæteris Ordinibus Imperij? atq; insuper dit, si ab illis correctum esset, ab omnibus citra tergiuersati grata mente suscipiendum esse? Et rursus si Calendariũ, hoc i politicum esset, vt iste somniat, quod studio Imperatoris Pı cipũq; Imperij corrigeretur, cur tanta contentione ius Calen rij corrigendi conatur reseruare suo Ecclesiastico magistrat

the. 77. & seq. multis.

XXI. Et si ad Ecclesiasticum magistratum ea functio p tinet, quis quæso ali⁹, aut debuit, aut potuit corrigere & prom gare, quam qui consensione omnium populorum, confessi omnium veterum Patrum, præscriptione omnium tempor diuinarum scripturarum testimonio, Princeps est totius Ecc siastici magistratus?

XXII. Aut si alius est, vel esse potest, designent aliquẽ Ecc siasticum magistratum, per quem Calendariũ & corrigi, & o nibus per totũ orbem Christianis Ecclesijs proponi præscrib potuerit. Si nominent Ecclesiasticos Germaniæ Principes, Im rij Electores: eos constat Calendarium correctum, simulatẽ Pontifice Romano & Imperatore moniti fuissent, acceptasse in ditionibus suis promulgasse. Et quamuis non acceptassent, men correctum à se Calendarium exteris nationibus promul re vel imperare non potuissent. Si nominent suum, hoc est, n lum ministrorum Lutheranorum magistratum, quis Caluin nis, quis Catholicis, quis exteris, Gallis, Hispanis, Polonis, I

dis, o

dis, orbi toti persuadebit aut mandabit, vt rationem corrigendi, quam isti in angulo Germaniæ confecerunt, aut probent aut sequantur.

XXIII. Si deniq; nominent Generale Concilium, vti solent Caluinistæ, quis Conciliũ nobis describet, quod consentientibus sententijs Lutherani, Caluiniani, Catholici, probent germanũ esse & legitimũ? cum Catholicis nullum hactenus legitimũ habeatur Concilium, nisi in quo Pontifex Romanus vel ipse vel eius legati præsides sint; Lutheranis vero & Caluinianis nullum sit legitimũ, nisi à quo Papa Romanus longissimè abfuerint, maximè vero disputatori Tubingensi, qui vt theses suas faceret longiores, probare conatur sanctissimum Pontificem Gregorium XIII. esse Antichristum, vt inde vulgus concludat Calendarium correctum nulla ratione esse recipiendum, quia est Calendarium Antichristi.

XXIIII. Quanquã Calendarij correctio in eo genere quæstionum controuersarum non est, quæ Oecumenici Concilij cõuentu, Episcoporum iudicio, & non potius Mathematicorũ disputationibus indigeat. (& ideo ipsi olim Synodi Nicenæ Patres *ep. 64. 95.* teste B. Leone eam curam Patriarchæ Alexandrino, Ægyptijsq; Astrologis demandarunt) Vt autem toti orbi iam correctũ promulgetur, sola summi Pontificis Romani sufficit auctoritas: sicut Martiani Cæsaris tempore Gallis & Hispanis satis fuit promulgatio B. Leonis. Quare & in postrema synodo generali Tridentina, ad quam Ministri Protestantes, quanquã legitime vocati essent, conuenire noluerunt, correctionem istam transigendam publicandamq; Romano Pontifici reliquerunt.

XXV. Romanus igitur Pontifex, cum de errore Calendarij Iuliani confessione omnium Mathematicorum manifestè constaret, non ipse solus, sed multorũ, vti solet, sapientissimorũ hominum adhibito consilio, eam corrigendi formulam secutus est, quam Regum, Principumq; opera celeberrimæ per Europam Academiæ, mirabili consensu comprobassent, & quam in vrbe viri harum rerum peritissimi, ex primarijs Christiani orbis nationibus delecti, conquisitis & collatis omnium tam veterum

quam

quam recentiorum Cyclis vti in epistola priore Calendario
goriano præfixa fatetur Pontifex, elucubrassent.

Præter Romanum Pontificem, alium commode non po se promulgare Calendarium.

XXVI. Hinc vero & illud intelligitur, non modo iur buisse, sed nec commode potuisse, vt totam superiorem prob nem absoluamus, ab alio siue politico siue Ecclesiastico M stratu Calendarium restitutum promulgari, quam á Pon Romano. Neque enim erat promulgatori id tantum labo dum, vt Germania vteretur vno Calendario, quod Impera ordinumq; imperij cōstitutione atq; mandato poterat obti sed magis illud, vt vnam eandemq; emendationem Calen omnes sequerentur nationes Christianitatis: quod sane Im tor cum ordinibus Imperij, cuius leges Germaniæ finibus te nantur, efficere non poterat: ac vt potuisset, eadem forte, nunc pugnat ratione aduersarius, negassent exteri se bona scientia ritum quamlibet adiaphorum recipere posse, hoc i quod ab ordinibus Imperij Germanici bona parte non Cath cis vrgeatur.

XXVII. Sed nec potuissent alij, quantum iis potentis Reges Hispaniæ, Galliæ, Poloniæ, cum eorum queq; decre ordinationes, regnorum singulorum limitibus, quasi canc circumscribantur. Quibus vnus non circumscribitur Pont Romanus, qui à Christo summo Pontifice & Imperatore, in sona B. Petri spiritualem potestaté accepit, Ecclesiæ vniuer Princeps, & caput, & pastor, (cum eum vniuerse omnes pa oues iussit apud D. Ioannem,) constitutus. Quare & eius m dato, vt sæculis superioribus omnibus, ita nunc Catholici nes principes, Reges, Respub. in restitutione Calendarij pr ptissime paruerunt.

XXVIII. Quorum exemplum imitatione dignissimu Ecclesiæ Protestantium, vel sola vtilitate & necessitate imp mox secutæ fuissent, non vt summo Pontifici parerent, quo ijs nec expetitum nec expectatum fuit, sed vt erratum com

ne Al

ne Astronomicum, pacis atq; concordiæ retinendæ causa emendarent, omnis offendiculorum, dissensionum, seditionumq;, quarum creberrimè meminit disputator, sublata repente materia fuisset.

XXIX. Poterant enim per sapientes verbi ministros, si voluissent, correctum Calendarium prætermisso nomine & mandato Pontificis Romani, quod deformatæ apud Belgas Ecclesiæ fecerunt, apposito autē nomine & mandato Imperatoris, quod in Germania quidam fecerunt, promulgare, addere quoq; mandatum Pontificis, si aliquid de eo in populo suboluisset, ad Pontificios tantum, non ad Protestantes pertinere. Deinde vero diligenter imperitæ multitudini exponere, errorem veteris Calendarij esse solœcismū, vti teste Heerbrando appellauit Lutherus, Astronomicum, eumq; ipsis & nobis communem, quem multi etiam doctissimi Lutheranorum optarint esse sublatum. Correctionem factam, rem esse per se adiaphoram, quæ sine iactura salutis omitti & obseruari possit: nihil pertinere eam ad dogmata Christianæ religionis, cum & Iulius Cæsar homo Ethnicus illud ipsum vetus Calendarium, quod hactenus Ecclesia Christianorum secuta est, correxerit: Non esse deniq; nouum Calendarium aliud quam vetus, ac proinde eadem conscientia, imo saniore nunc accipi correctum & nouum, qua ante quinquaginta annos à Luthero eiusq; asseclis à nobis vetus Calendarium & vitiosum acceptum est.

the. 183, Luth. lib. de Concil.

XXX. Hoc cum domini superattendentes mero odio Papatus excæcati, non tantum facere detrectauerint, sed etiam Respub. in correctionem, hac via & ratione à legitimis Magistratibus constitutionū diuinarum & Ecclesiasticarum custodibus promulgatam, inclinantes impediuerint, ac porro concionibus & scriptis probare pergant, sine iactura fidei Christianæ & salutis æternæ Calendarium nouum recipi non posse, planum est nō Pontificem Romanum neq; Catholicos, vt hic contendit Tubingensis, sed ipsos verbi ministros omnium tumultuum & seditionum esse ministros & auctores.

I. PROBATIO TVBINGENSIS.

XXXI. Sed nunc audiamus, quibus argumentis Disputator noster suis probare conatus sit, quod Calendarium restitutũ, quãtumuis per se adiaphorum sit, & ad Christiana dogmata propriè non pertineat, tamen bona conscientia ab Ecclesijs Protestantiũ recipi non potuerit. Primum est, *quia tempore persecutionis vel vrgentibus aduersarijs* (vt est in thes. 57. & decretum est in formula Concordiæ Lutheranæ) *non possunt nec debent in illorum gratiã recipi etiam ea, quæ alias per se sunt adiaphora: ne videamur, inquit, nos eorum Religioni accommodare, & falsam cũ vera conciliare, iuxta illud apostoli.*
2. Cor. 6. *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cũ iniquitate, &c. Cum itaq; hoc Calendarium vrgeat Papa cum Papistis, noui Euangelij aduersarijs iure recipi non potest.*

RESPONSIO.

Calendarium inter adiaphora esse, quæ vrgente Papa potuerint recipi à Protestantibus.

XXXII. At in hac probatione nemo non odoratur, quã multa peccata delitescãt. Quam enim quæso persecutionem molitus est Papa in Lutheranos? num bullæ Pontificiæ ad Superintendentes missæ sunt? num valuis Ecclesiarum affixæ? num manu militari compulsi sunt, & non potius rogati tantum & beneuole admoniti, non vt Pontificiæ voluntati obsequerentur, sed vt exteris nationibus, quæ iam Calendarium suscepissent, in re adiaphora, publicæ vtilitatis procurandæ, pacisq; conseruandæ causa, vltro se accommodarent?

XXXIII. Cum enim probè meminisset sapientissimus Pontifex, margaritas non esse proijciendas ante porcos, non Ecclesijs quæ sese iam diu ab obedientia sedis apostolicæ absciderant, sed tantum Principibus, rebuspublicisq; Catholicis apostolicum thronum venerantibus, promulgationem Calendarij imperauit, bona interim spe fretus, Cæsarem, reliquosq; Catholicos Imperij ordines, qua sunt prudentia, firmis & solidis rationibus facile effecturos, vt pacis concordiæq; alendæ & conseruandæ causa, restitutio illa Calendarij à reliquis Principibus sine detrimento religionis ipsorum reciperetur.

Quos

XXXIII. Quos vero in eodem argumēto vocat aduersarios? Certe non Papam tantū Romanū, sed omnes qui sectæ suæ aduersantur, Catholicos, Caluinianos, Anabaptistas, Iudæos, Turcas: Quod si verum est, verum esse non potest, quod in thesi 102. scripsit, si ab Imperatore, Electoribus, ordinibusq; Imperij Calendarium correctum vrgeretur, sine tergiuersatione ab omnibus grato animo esse suscipiendum, cum manifestum sit Imperatorem præcipuosq; Imperij Electores & Principes Catholicos esse.

XXXV. Iam locus Apostoli obiectus, de quauis cōmunione fidelium & infidelium in rebus adiaphoris exponi non potest: videmus enim in Germania, quia aliter fieri non potest, à crimine vacuam esse multarum rerum inter Sectarios & Catholicos, vt conuictus, habitationis, colloquiorum, negotiationū, celebrationis festorū Dominicæ, Paschæ, Pentecostes, Apostolorū, aliorumq; rituum communionem, sine vlla confusione religionum, alioquin enim debueramus nos Catholici è Germania, Lutherani verò è toto mundo exire, quod in simili causa B. Paulus in ep. 1. ad Corinthios eosdem scripsit. *1. Cor. 5.*

XXXVI. Nullum ergo iugū, nullam participationem fideli cū infideli esse debere, intelligendum est in rebus fidei & religionis ꝓprijs, quibus fidelis & infidelis inter se distinguūtur. Catholicis enim non licet cōmunicare cum Lutherano vel Zwingliano in percipiendis vel administrandis sacramētis, in audiendis concionibus, habendis precibus sacris, diuino officio peragendo, matrimonijs cōtrahendis. Certe B. Hieronymus bis iugum, de quo loquitur Apostolus, de iugo coniugij est interpretatus. *Hic l. 1. in Iou. & ep. ad Gerun.*

XXXVII. Calendarium autem inter ea adiaphora, quæ sine crimine inter nos ipsosq; communia sunt, veramq; religionem cum falsa non conciliant, annumerandum esse, ac proinde nec repudiandum, si ab aduersarijs vrgeatur, planum facio his rationibus.

XXXVIII. 1. Quia iam inde à primordijs noui Euangelij, omnes sectarij diem dominicum ac præcipua Ecclesiæ festa, Paschæ, Pentecostes, Natiuitatis, Apostolorum, Calendarium totū quantumcunq; eorum obseruationem vrgeri scirent à Catholicis, bona conscientia nobiscum celebrauerunt.

XXXIX. 2. Quia Calendarium restitutum non differt quoad substantiam à veteri, cum eundem habeat numerum & ordinem, mensium, dierum, festorum: nihil ei detractum, nihil adiectum est. Hoc tantum interest inter vtrumq;, quod vetus crassissimum quendam errorem contineat, nouum vero ab illo errore sit vindicatum, atq; ideo illud respuendum, hoc amplectendum dicimus.

XL. 3. Quia error correctione sublatus non pertinet ad dogmata fidei Catholicæ vel Lutheranæ, sed ad disciplinas Mathematicas, quare & Mathematicorum non Theologorum studio & industria est sublatus.

XLI. Verum dicet aduersarius, eo ipso illius erroris Astronomici correctionem & promulgationem inter adiaphora, quibus religio periclitetur, censendam esse, quod ab hoste Pontifice Romano profecta sit. Respondeo id non sufficere, nam inde sequeretur nec olim Ecclesiam recipere potuisse Calendarium vetus, eo ipso quod ab Ethnico profectum correctum & promulgatum fuerit. Et ante 50. annos à Luthero & Lutheranis non potuisse tuta conscientia recipi non modo Calendarium, sed nec diei dominici festorumq; celebrationem, S. Patrum libros, Symbola Apostolorum, Athanasij & Conciliorum, Euangelia quatuor, Biblia ipsa, quia constat hæc omnia à Pontifice Romano Ecclesiaq; Catholica accepta esse.

XLII. Rursum cum illa scripta ab Ecclesia Catholica acceperint, quia existimant singulari quodam nutu & prouidentia diuina ab omni corruptela esse conseruata, cur Calendarium vetus erroneum, vti ipsi agnoscunt, cum eadem Ecclesia non abijciunt, nouum vero non recipiunt, in quo omnis error & corruptela sublata est? maximè cum norint dictum illud Philosophorum laudari: *veritatem à quocunq; tandem profecta sit amandam esse & complectendam*, & illud Comicum, *Abs quouis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.*

XLIII. Si Pontifex Romanus impensis suis Hungariam totamq; Germaniam à Turcica seruitute liberasset, haud dubium est, quin non Catholici tantum, sed Lutherani etiam, nisi ingratissimi sint magnas ei acturi essent gratias. Cum itaq; non Tubingam

bingam

bingam tantum aut Germaniam, sed Ecclesiam totam Christianam magno errore per restitutionem Calendarij liberauerit, quod alius nullus similiter facere poterat, non maledictis, vt facit præposterus ille disputator, sed gratiarum actione & laudib. erat, quocũq; tandem animo id fecisse videretur, prosequendus.

XLIIII. Prædicatio Euangelij Apostolorum seculo res adiaphora non erat, & tamen B. Paulus non admodum angebatur, quo animo quidam; num propter inuidiam & contentionem, an vero propter bonam voluntatem Christum prædicarẽt. *Quidam enim,* inquit, *ex contentione Christum annunciant, non syncere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, in hoc gaudeo, sed & gaudebo, scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem.* *Philip. 1.* Videbat enim prædicationem veritatis Euangelicæ rem per se vtilem esse & salutarem à quocunq; tandem profecta esset, videbat ea ex animis errores, multo hoc astronomico grauiores, euelli. Quanto minus animo excruciari debebãt sectarij, cum intelligerent correctionem erroris mathematici tanquam prædicationem veritatis à Romano Pontifice esse profectam, maximè cum ea non ex inuidia aut contentione, vel vt pressuram suscitaret vinculis vel potius libertati ipsorum, sed caritate mera, vt Ecclesia Christi tanto errore liberaretur, profecta sit & absoluta.

II. PROBATIO TVBING.

XLV. Sequitur altera probatio disputatoris ex Bulla Pontificia & Breuiario Romano, vti ille comminiscitur, deprompta. *In præfat. the. 61. 104. 105. 106. 107. 108. 111. 112.* *Hoc fine & consilio,* inquit, *Calendarium institutum est & vrgetur, vt festa non Paschatis tantum, sed Diuorum quoq; omnium qui ieiunijs, ferijs, & precibus coluntur & inuocantur, statis, quibus hac vita functi sunt, peragantur temporibus, at hic sanctorum cultus post homines natos turpissima, maxima & horribilissima in Ecclesia Dei idololatria est, Detestandæ igitur idolomaniæ sese participes faciunt, qui Calendarium Gregorianum suscipiunt.*

RESPONSIO.

Calendarium non vrgeri ad inducendum cultum & inuocationem sanctorum.

XLVI. Hoc argumentum eo vsq; bonum virum fascinauit, vt non dubitauerit illud ante victoriam in triumpho ducere, & exclamare. *Hic Rhodus, hic saltus, hæc scilicet causa est, propter quam orbis Christianus erat perturbandus exulcerato hoc & alias senili, deliro, & ad finem vergente sæculo, &c.*

XLVII. Verum nemo qui bullam Pontificiam legit, tam hebes est & stupidus, qui aduertere non posit, hunc scopũ, de quo maior meminit propositio, Pontifici propositum non fuisse; cum & in Breuiario, & in restituto Calendario, idem numerus, ordo, ratioq; festorum, quæ fuit in veteri, reperiatur & annotetur; sed vt Æquinoctium vernũ in pristinam sedem, à qua iam post tempora Concilij Nicæni decem circiter diebus aberrauerat, restitueretur, rectaq; Paschatis festi celebratio iuxta S. Patrum ac veterũ Romanorum Pontificum, nec nõ magni illius Oecumenici Concilij Nicæni & aliorum sanctiones deinceps haberetur. Qui vnus error si in Calendario veteri non fuisset, nouo Calendario opus non haberemus.

XLVIII. Quod si scopus alius omnino nõ fuit, clarum est, nihil aliud postulari ab Euangelicis Ecclesijs, quam vt Pascha nobiscum in legitimũ locum & tempus reponant. De festis sanctorũ, quo cultu & cærimonia celebrare illa velint, nihil moramur. Vel veterem morem ritumq; suum retineant, Calendarijsq; nouis eodem ordine & numero festa, quo in veteribus, asscribant. Vel si malint, mutent quadrata rotundis, numerum festorum augeant vel minuant; & si sine offendiculo suarum Ecclesiarum facere possunt, etiam omnia sanctorum festa abrogent, ne vllo ritu cum Papistis colludere videantur. Maxime cum disputator thesi 55. scribat, huiusmodi adiaphora sine opinione necessitatis liberè seruãda esse, ita vt extra casum scandali possint omitti, vel Ecclesię ordinatione & consensu mutari, adeoq; etiam abrogari.

XLIX. Et quamuis Pontifici scopus iste in euulgando Calendario propositus fuisset, tamen circumspiciendum erat argumentatori, si callidus esse volebat, tria posse responderi. Primum, epistolam illam Catholicis tantum scriptam & destinatã fuisse,

qui

qui & soli Breuiario Romano ad officium diuinum statis diebus persoluendum vtuntur, & ieiunijs, vigilijs, precationibusq; religiose se comparant ad promerenda Diuorum patrocinia, diuinamq; misericordiam conciliandam.

L. Præterea non esse hic caussam arrodendi & calumniandi Diuorum potius, quam Paschæ, Pentecostes aliorumq; dierũ festiuitates, cum prisci Patres q definitos statosq; dies Paschalibus ferijs descripserunt, Diuorum quoq; festis tempus certum assignasse conuincantur, nam ex constitutione anni Paschalis, omnium fere pendet reliquorum festorum recursus.

LI. Postremo, memoriam sanctorum ideo statis, quibus hac vita functi sunt, renouari temporibus, vt omnia fiant secundum ordinem, & decenter, & ad ædificationem. *Ordine enim fiunt res*, vt ipse Disputator thes. 46. & 47. annotauit, *cum suo quæq; loco et tempore conuenienti fiunt, cum certa sunt tempora, dies & horæ quibus conueniatur, ne die magna parasceues, inquit, de Christi natiuitate, die vero resurrectionis de eius passione recitetur historia in templo, quod faciunt spiritu vertiginis agitati.*

LII. Cum igitur idem ordo postulet, vt cõmemoratio passionis Principum Apostolorum Petri & Pauli ad 29. diem Iunij agatur, quia eo die prò Christo sanguinem suum fuderunt, eaq; ordinis ratio seruata sit in reliquis sanctorum ferijs; quæ amentia Doctoris Tubingensis est, quod tanta intemperie bacchetur in Papam Calendarium restituentem, vt omnia præscriptis agantur festa temporibus, hoc est, vt ordine & decenter omnia fiant in Ecclesia?

LIII. Quanquã Ecclesia Catholica Romana dies suos festos sic alligauit certis tẽporibus, (ne clamet aduersarius nimis esse superstitiosam apud nos dierũ & annorũ obseruationẽ, à qua nequaquã liceat sine detrimento salutis deflectere) vt sua tamẽ libertate & ipsa in transferendis festis, vt cum plura in eundem diẽ celebriora occurrunt, creberrimè vtatur, & exteras prouincias in suo quasq; sensu abundare sinat. Multa enim sunt sanctorũ festa, quæ alijs diebus in Ecclesia Græca quã latina, & in latina alijs dieb9 in Italia, quã in Germania, Gallia, Hispania, & cõtra, vti constat ex menologio Græcorũ & martyrologijs Latinorũ celebrãtur. De

quorum

ep. 118. c. 2. quorũ legitima obseruatione *disciplinam nullam meliorem esse*, scripsit alicubi B. Augustinus, *graui prudentiq; Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam ad quamcunq; deuenerit.*

LIIII. Itaq; quod iste hic addit (vt lepòre quoq; quodam cõdiat suas blasphemias) *Pontificis, Pontificiorumq; opinione, multum de Diuorum bonore decedere, & aliquando frustraneam reddi inuocationem, nisi tempestiuè conueniantur, quia domo absunt*, fabulæ, nugæ, deliramenta sunt Tubingensium, de quibus breui post delirum & ad finem vergens sæculum, vt de omnibus verbis otiosis, in die iudicij seriam reddituri sunt rationem. Hic Rhodus & saltus.

LV. Primam propositionem funditus euertimus, nullus vt triumphi amplius sit locus. Sumptio quæ sequitur extra propositum est, & nostra refutatione non indiget. Cultum enim sanctorum, quam præclarè Ingolstadienses Theologi nuper ab omni nota & næuo idolomaniæ vendicarint, omnes docti norunt, vt hic sanè non alium Heerbrandus, quam pertinacẽ hæreticum sese demonstret, quod audeat amplius veterem illam Camarinam contumeliarum in Deum & sanctos plenissimam commouere.

III. PROBATIO TVBING.

LVI. Eiusdem farinæ vel deterioris potius est tertia Disputatoris probatio, ex diuinis sumpta scripturis, sed perperam intellectis. Conatur enim ex epistola Paulina ad Galatas prolixè demonstrare, *Ecclesias Augustanam confessionem amplectentes, etsi nihil minus cogitarent, quam ad Idolomaniam Pontificiam inclinare, tamen si Calendarium recipiant, reuera toti Papatui se paulatim subijcere, libertatem Christianam, præcipuum nempe doctrinæ Christianæ caput, periclitari, & quod pauci aduertunt, actum esse de articulo iustificationis & æterna salute, imo de omnimoda abolitione Augustanæ Confessionis, eo ipso quod Papa Calendarium suum, rem alioquin adiaphoram, mandato suo facit ad salutem necessariam. Nam*, inquit, *cum apud Galatas olim Pseudoapostoli in simili argumento contenderent circumcisionem Iudaicã, quæ post opus redemptionis à Christo peractum, facta erat adiaphora, ad salutem esse necessariam, mox electum Dei organum Paulus, acriter se tam perniciosæ sententiæ opposuit, commonens Galatas, si cum opinione illa*

thes. 116. 117. 119. 120. 121. 124. 125. 126. 161. & seq.

illa necessitatis circumcidantur ipsos omni libertate Christiana excidere, fidem labefactari, obnoxios reddi totius legis Iudaicæ obseruandæ. State, inquit, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo qui in lege iustificamini, à gratia excidistis, &c. Ad hæc eadem de caussa, idem Apostolus Gal. 2. ne D. Petro quidem pepercit, sed in faciem ei restitit, dum cogeret gentes Iudaizare, hoc est, cum sua simulatione subducendo se à conuictu gentilium, perinde agebat ac si legis Mosaicæ obseruatio ad salutē esset necessaria. Gal. 5. the. 167. 168.

RESPONSIO.

Receptione Calendarij non periclitari articulum iustificationis, sicut olim periclitabatur apud Galatas receptione Circumcisionis.

LVII. Respondeo exemplum Pseudoapostolorum Galatensium, qui circumcisionem ad salutem necessariam esse voluerunt, toto cœlo distare ab exemplo Gregorij XIII. qui Calendarij sui obseruationem omnibus fidelibus iustissimè imperauit; sicut toto cœlo Heerbrandus distat à Paulo. tametsi enim admitteremus perinde adiaphoram esse nunc Calendarij correcti obseruationem omnibus Christianis, ac fuit circumcisio legalis post crucem Christi temporibus Apostolorum, ingens tamen adhuc maneret inter circumcisionē & Calendarium interuallum.

LVIII. Etenim circumcisio cæteraq; opera cæremonialium legum, quæ vmbræ fuerunt futurorum, Christi aduentu exoleuerunt. *Prius autem*, inquit Apostolus, *quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo.* At legitima obseruatio Calendarij tolli & aboleri non potest, nisi cœlum tollatur. Col. 2. Gal. 3.

LIX. Secundo circumcisio omniaq; opera legalia inter *infirma & egena elementa* numerantur ab eodem Apostolo, quia vim significandi & iustificandi, ad quam erant instituta, amiserant, & post Christi passionem errori potius quam veritati patrocinabantur. Cum igitur Calendarium vetus, vim distinguendi Gal. 4.

D tempo-

tempora amiserit, & crassissimo patrocinetur errori, non autem nouum, illud potius quam hoc circumcisioni debuit comparari.

LX. Tertio, quia Galatæ iustitiam & salutem soli Christo auctori tribuendam, acceptã ferebant circumcisioni & operibus legis, vnde sequebatur frustra Christũ pro nobis mortuũ esse. At nemo Catholicorũ docet obseruationem Calendarij correcti esse ad iustitiã & vitã æternam cõsequendam necessariã. Dices, Pontifex fecit eam necessariã suo mandato. Respondeo, fecisse necessariã mandato suo, id est humano nõ diuino, non vt ea obseruatione iustitiã & salutẽ consequeremur, quia alioquin omnes Catholici quotquot hactenus vetus Calendariũ vel olim obseruassent vel adhuc obseruant, à salute excidissent, sed vt omnia decenter, ordine, sine errore in tota Ecclesia (q finis est cõsentiente Disputatore rerũ adiaphorarum) peragerentur, atq; vt eandem rationem & formam celebrandi Paschatis vbiq; terrarum teneremus.

LXI. Quod autem illi somniant, Paschatis omniumq; rituum ac proinde Calendarij quoq; liberam debere esse obseruationem, nulla lege Pontificia vel Ecclesiastica imperatam, id à veritate omniq; ratione alienissimũ esse paulo post demonstrabimus.

LXII. Deinde Pontifex necessariam fecit obseruationem Calendarij mandato suo, nõ Ecclesijs Augustanæ cõfessionis, quas sciebat legib. suis non obsecuturas, sed Principibus tantũ rebuspublicisq; Catholicis, q vt agnoscunt in re tanti momenti (vt omnis contentio prorsus è medio tolleretur) Pontificem summũ, iustissimam habuisse mandandi potestatem, ita dicto citius plæriq; omnes in ditionib. Catholicis felici successu paruerũt. Itaq; ipsorũ Ecclesias libertatis amantes, cum Imperatore cæterisq; Princip. Catholicis Germaniæ, nõ cogit, sed rogat, vt pacis cõcordiæque conseruandæ caussa, in re adiaphora, ne à tot regnorũ ꝓuinciarũq; societate, à cœlorũ cursu & doctrina, ab vniusmodi tractatione iudiciorũ cõmerciorũq; ab ipsa humanitate se diuellant.

LXIII. Quarto, quia circumcisionis rituũq; legalium penè innumerabilium grauissimum erat onus & iugũ miserrimæ seruitutis, q inquit B. Petrus, *neq; Patres nostri neq; nos portare potuimus*. Quare merito B. Paulus tanta stultitia Galatarũ perculsus, in has voces erupit. *O insensati Galatæ, qs vos fascinauit non obedire veritati?*

Act. 15.

Et

Et. *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniã si circumcidamini, &c.* At Calendarij correcti onus grauius non est, quam veteris. Cum ergo obseruatio veteris, quæ illis nobiscũ fuit comunis, nullo iugo seruitutis Pontificiæ eos presserit, quid suspicantur aut trepidant timidi isti damulæ de nouo? Correctum enim non est Calendariũ, q, iam sæpe dictũ est, vt religionis dogmata corrigerẽtur, quæ in Romana Ecclesia corrigi nõ possunt, sed vt suis pscriptis tẽporib. festũ Paschæ celebraretur, vel potius, ne toto cœlo errare pergeremus, ac tandẽ quasi ebrij in hyemẽ cum Paschate nostro delaberemur. *Gal. 5.*

LXIIII. Quinto Galatæ debitores se cõstituebant vniuersæ legis faciendæ, quia circumcisionem diuina lege existimabant esse necessariam. Qui enim mandauerat circumcisionem, vt bene hic ãnotauit B. Theodoret⁹, mãdauit & cæteros ritus legis, decimas, oblationes, etc. Cui conuenit, quod è Deuteronomio affert Apostolus. *Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis.* At qui Calendarium correctum suscipit, non se constituit debitorem totius religionis Pontificiæ, tum quia diuina lege, vt cætera, quæ ad Catholicam religionem propriè pertinent, mandatum non est, tum quia eius obseruatio non est ritus huius vel illius religionis proprius; cum & gentiles Romani, ante Christi natiuitatem eo vsi fuerint: ac deniq; quia secundum substantiam nihil differt à veteri. vt ergo Lutherani, dum vetus à Catholica Ecclesia acceperunt, non facti sunt debitores totius legis Catholicæ faciendæ, quia, quæ olebant pontificios ritus, Calendario detraxerũt, sic neq; iam, dum ab eadem Ecclesia accipiunt nouum, efficiuntur religionis Catholicæ debitores, cum præter erroris vnius correctionem nihil recipere teneantur, & quæ ad Pontificios ritus pertinent circumcidere possint. *Gal. 3.*

LXV. Sexto, Apostolus ideo vehementius inuectus est in Galatas, quia nulla lege, neq; diuina, neq; humana tenebantur ad seruandam circumcisionem, tantum abest, vt ad salutem fuerit necessaria. At nos Catholici ad obseruandum Calendariũ nouum astringimur mandato summi Pontificis, cui tanquam potestati sublimiori Ecclesiæq; præposito, nisi *Ethnici & Publicani haberi*, nisi *Deo resistere*, nisi *damnationem acquirere* velimus, *non tantum propter iram sed et propter conscientiã*, ex Christi & Pauli doctrina obedire tenemur. Neq; hinc sequitur obseruationẽ Paschatis, vel *Rom. 13.* *Heb. 13.* *Matth. 18.*

Calendarij per se esse ad salutem necessariam, vel articulum fidei, sicut Lutherus in libro de Concilijs imperitè colligit, sed obedientiam superiorum esse ad salutem necessariam, quæ, vt omnia Decalogi præcepta, diuina nobis lege ad salutem obtinendam præcipitur. Nam quod etiam Nicæni Patres decretum de Paschate non habuerint eodem loco cum cæteris dogmatibus fidei contra Arium expositis, eleganter declarat B. Athanasius. *Nec consulem, nec mensem,* inquit, *nec diem* (decretis fidei) *addiderunt: sed in negotio Paschatis non abhorruerunt ab istiusmodi appendice: ibi enim placuit, vt adderetur, Visum est, vt omnes obtemperarent. De fide vero non scripserunt, Visum est, sed, ad istum modum credit Catholica Ecclesia, & statim confessio ipsa credendi adiuncta est.*

Athan. in ep. de Syn.

LXVI. Quod attinet ad exemplum Petri à Paulo reprehensi, norunt eruditi, quanta contentione inter Theologorum principes, Hieronymum & Augustinum ventilata fuerit quæstio. Veráne an simulata fuerit illa reprehensio. Hieronymus enim omnium fere veterum Græcorum, Origenis, Dydimi Alexandrini, Theodori Heracleotæ, Apollinarij Laodiceni aliorumq; nixus commentarijs, prorsus contendit, sancta quadam vtriusq; conspiratione ad lucrandos infirmos simulatam & compositã fuisse illam reprehensionem, vt illi simulato item silentio Petri, cuius summa apud omnes erat auctoritas, à perniciosa opinione, qua putabant ritus legis Mosaicæ necessario cum fide Christiana coniungendos, reuocarentur.

Gal. 2.

LXVII. Quæ interpretatio non abhorret à verbis germanis Apostoli, Nam vbi vulgata lectio nostra habet. *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat,* Græca sic sonant, *in speciem ei restiti,* non reuera, *quia reprehensus erat,* id est, ab alijs, vt exponit Chrysostomus. Quo sensu quoq; ipse vulgatus interpres alibi græcam phrasin expressit. nam 2. Cor. 10. vbi græca habent, τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε, latine est. *Quæ secundum faciem sunt, videte,* id est, quæ secundum speciem sunt, non re vera.

LXVIII. Quanquam in Augustinum rationibus firmissimis, & verbis Paulinis pugnantem, nec à testimonijs veterum Latinorum, Græcorumq; desertum, iudicio scholarum iam incli-

In ep. tribus ad Hieron.

clinauit victoria. Vt vt sit, superiori collatione circumcisionis & Calendarij, huius quoq; testimonij fabrica deijcitur, cum vtriq; & Pseudoapostoli apud Galatas, & B. Petrus apud Antiochenos eadem chorda aberrauerint, hoc est, ritus Iudaicos persuaserint ad iusticiam & salutem obtinendam esse necessarios, illi quidem peruerso simul exemplo & corrupta doctrina, hic vero malo tantũ exemplo, sine vlla sententiæ vel sanæ doctrinæ corruptela, conuenienter verbis Apostoli, dum ait eum non rectè ambulasse ad veritatem Euangelij. Vnde acutè colligit doctissimus Tertullianus peccatum Petri *non doctrinæ aut prædicationis, sed conuersationis tantum & conuictus fuisse.* *l. de præscrip. & l. 4. cont. Marcion.*

LXIX. Quæ cum ita sint, perspicue intelligitur articulum iustificationis, nõ magis Calendarij Ecclesiastica lege imperati, quam legum ciuilium obseruatione periclitari, cum eadem causa sit, cur legibus ciuilibus Imperatoris, & Ecclesiasticis summi Pontificis pareamus: vel certè cur Catholici Calendariũ à summo Pontifice correctum promulgatumq; sine vlla tergiuersatione receperint, & Lutherani cum Tubingensibus thes. 102. absq; omni tergiuersatione idem ab Imperatore ordinibusq; sacri Imperij promulgatum recipere sint parati.

Calendarij receptione non periclitari libertatem Euangelicam.

LXX. At premet Disputator. *De libertate saltem Christiana actum videri, si legibus Pontificijs iterum detur locus. Orationem autem B. Pauli, contra Pseudoapostolos Galatarum pro libertate Christiana pugnantem esse generalem. Libertate* inquit, *qua nos Christus liberauit, state: & nolite iterum iugo seruitutis subijci,* Et rursus. *Vos enim in libertatem vocati estis fratres.*

LXXI. Respondeo Apostoli Pauli orationem non posse esse tam generalem, vt libertatem Christianam omni prorsus seruitute liberet, cum ipse alibi non semel scribat filios parentum, seruos dominorum, vxores virorum, subditos Principum & Magistratuum ciuiliũ, omnes vero homines Dei opt. Max. legibus & iussis secundum conscientiam obnoxios esse. Quare & in epist. ad Galatas nobis obiecta, verba illa sua liberiora (*Vos in*

libertatem vocati estis fratres) statim sic astrinxit, *tantum ne libertatē in occasionem detis carnis, sed per charitatem seruite inuicem, omnis enim lex in vno sermone impletur.* Et D. Petrus hortatur Christianos vt
1. ep. c. 2. omni creaturæ subiecti sint, ne libertate ad tegendam malitiam abuti videantur. *Quasi liberè,* inquit, *& non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.*

LXXII. In hunc sane legum numerum libertatem Christianam quasi fræno retinentium, ne in licentiam transeat carnalem, leges Ecclesiasticæ quoque referendæ sunt. Sicut enim politicis vel Cæsareis edictis coercetur libertas carnis, ne se in immunditiam, adulteria, rixas, homicidia, effundat, sic Ecclesiasticis vel Pontificijs decretis eadem libertas carnis cohibetur, ne in sectas, veneficia, hæreses, schismata proruat. Hæc enim vitia omnia in eodem capite inter manifesta opera vel fructus carnis numerantur, cum libertate Christiana pugnantes.

LXXIII. Itaq; ex eiusdem Apostoli, diuinarumq; scripturarum doctrina intelligi debet, libertatis Christianæ beneficio à triplici duntaxat seruitute nos esse vindicatos. Primo à seruitute longè turpissima & durissima, peccati, mortis & æternę damnationis, de qua in ep. ad Romanos sic scripsit. *Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.* Et rursum. *Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis.* Secundo, à seruitute omnium legum diuinarum & humanarum, quatenus cogunt & imperant, quia lex spiritus, hoc est, gratia Euangelica effecit in nobis, vt non timore pœnarum, sed spiritu timoris; non coacti, sed lubentes, atq; si latæ cum imperio non essent, eas perficeremus. Quo respexit hic Paulus, cum dixit. *Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege,* Et alibi,
1. Tim. 1. *Lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis.* Postremo à seruitute circumcisionis aliarumq; legum Iudaicarū intolerabilium, de quibus in primis Apostolo cum Galatis earum legum necessitatem vrgentibus disputationem fuisse, ex scopo totius epistolæ Patrumq; veterum commentarijs manifestum est.

IIII. PROBATIO TVBING.

LXXIIII. Veniamus ad quartam probationem, natura & definitio

definitione adiaphororũ nixam, à qua Disputator theses suas de adiaphoris inscriptas est infeliciter auspicatus. *Adiaphora*, inquit, *ea dicuntur quæ neq; verbo neq; mandato dei speciali prohibita sunt vel mandata, ac proinde liberam habent sine opinione necessitatis obseruationem. Cum igitur Calendarium correctum nostra confessione inter res natura adiaphoras nulla lege diuina imperatas reponatur, libera relinqui debuit, non autem lege Pontificia mandari eius obseruatio.* *the.* 37. 54. 55. 56. 60. 62. 149 150.

LXXV. Hanc rationem leuissimam, vt vendibiliorem faceret imperitis, conatus est homo miser ijs stabilire rituũ adiaphororum exemplis, quibus solidissime euortitur; maximè tribus. *Primum Paschatis, quia eius festi certa dies neq; à Christo, neq; ab Apostolis instituta fuit aut mandata. Per se enim liberum hoc est,* inquit, *& fuit, siue eadem die, qua Christus cum suis discipulis Mosaicum celebrauit Pascha, nouumq; instituit testamentum, siue mox sequenti aliquo die, Paschatis festum celebrare. Deinde exemplo ieiuniorum, quorum liberam fuisse disciplinã in Ecclesia conatur probare, ex B. Augustino. Postremo exemplo ritus celebrandi Cœnam dominicam in azymo pane vel fermentato, quẽ ritum & fuisse & nunc esse adiaphorum atq; liberum affirmat.* *thes.* 30. 179. *thes.* 25. 26. *thes.* 36.

RESPONSIO.

Calendarij obseruationem non esse liberam.

LXXVI. Quam vero male materiatum sit vniuersæ huius ratiocinationis ædificium, post paulo consecutura ruina ostendet. Definitionem illam adiaphororum mutilam esse & mancam, perspicuum est. Multa enim sunt quæ verbo vel mandato Dei speciali vetita aut præcepta non sunt, & tamen adiaphora non sunt, nec liberam habent obseruationem; vt sunt omnia, quibus traditio apostolica, vniuersalis Ecclesiæ consuetudo, leges politicæ & Ecclesiasticæ necessariam fecerunt obseruationem. Quibus legibus verbo & mandato dei generali obtemperare tenemur. *Siquis*, inquit Deus in Deuteronomio, *superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, ex decreto iudicis morietur homo ille.* Et B. Paulus, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Et alibi, *obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* *Deu.* 17. *Rom.* 13. *Heb.* 13.

Adiapho-

LXXVII. Adiaphora igitur illa proprie appellanda sunt, quæ cum natura sua neq; bona neque mala sint, nulla quoque lege diuina vel humana mandantur vel prohibentur, & ideo liberam retinent obseruationem. Vnde efficitur, Calendarium Gregorianum, quam primum decreto Pontificis omnibus imperatum est fidelibus, in numero rituum adiaphororum quæ liberam habent disciplinam, esse desijsse, ac proinde malam esse obseruationem veteris Calendarij fidelibus, hoc ipso, quod prohibita est.

LXXVIII. Sicut enim circumcisio ante legem veterem, & baptismus ante legem nouam, erant ex se ritus indifferentes, qui seruari vel intermitti poterant, postquam autem lege diuina indicti fuerunt, necessario obseruari debuerunt: Sic certa obseruatio festi Paschatis, Quadragesimæ, festorum omnium, quam Calendarium nouum descripsit, licet ritus sit natura sua indifferens & liber, postquam tamen, vel Apostolorum, vel Conciliorum vel Pontificum summorum auctoritate decreta & mandata fuit, inter adiaphora & libera instituta amplius computari non potest.

LXXIX. Quod autem disputator cum suis Patribus Concordiæ, Chemnitio, Caluino alijsq; sectarijs contendit omnes in vniuersum ritus Ecclesiasticos ab Apostolis, Pontificibus, Concilijs profectos, vtiles & salutares esse posse, lege mandari non posse, liberos esse, non necessarios, id propria ipsorum ratione, scripturarũ, totiusq; antiquitatis exemplis perspicue refellitur.

thes. 37. LXXX. Nam vnde ille probat suas cæremonias adiaphoras in genere in scriptura haberi & mandari, Deumq; earum posse dici auctorem: quoniam, videlicet, Spiritus sanctus per Apostolum præcipit, *vt omnia decenter, secundum ordinem, & ad ædificationem fiant,* inde nos quoq; verissime probamus quasdam cæremonias (non enim omnium cæremoniarum apud nos eadem est ratio, cum aliæ sint perpetuæ, aliæ temporales, item aliæ vniuersales, aliæ particulares, rursus aliæ necessariæ, aliæ liberæ) ab Apostolis eorumq; successoribus Episcopis, Conciliorum constitutionibus, Ecclesiæ totius decretis cum imperio mandari potuisse; maximè eas in quibus conueniebat constantem & perpetuam esse omnium Christianorum consensionem, vt quod stato

die

à laboribus quaque hebdomade feriarentur, quod quotannis eodem tempore Pascha celebrarent, & ad sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ percipienda necessario se compararent.

LXXXI. Si enim liberæ & arbitrariæ in Ecclesia huiusmodi Constitutiones permansissent; neq; consensio illa, fidei & religionis nostræ propria, retineri potuisset, neq; ordine, honeste, & ad ædificationem, quod Spiritus Sanctus per Apostolum præceperat, omnia in cætu fidelium peragi potuissent.

LXXXII. Quod nunc ridentibus Catholicis, in nouis sectariorum conuenticulis, certissimus ostendit euentus. Quia enim illi obseruationes Ecclesiarum suarum liberrimas esse voluerunt, id consecuti sunt, vt perpetua inter ipsos de ritibus existant certamina, nulla vero, non in ritibus modo sacris, sed neque in doctrina Christiana concordia vel constantia. De qua confusione & perturbatione extant Præpositi Tubingensis Smidelini, Georgij Maioris, Chemnitij graues querelæ & plus quã Hieremiæ lamentationes.

LXXXIII. Atq; hinc potest non obscurè Heerbrandus, si aciem ingenij sui non nihil intendat, intelligere, cur Calendarij correcti obseruationem Ecclesiæ Catholicæ monarcha, interposito mandato facere voluerit necessariam: nempe, vt dissensionum omnium materia in re grauissima vno verbo è medio tolleretur, ianuaque omnibus disputationibus Mathematicorum, nunquam, si libera cuique opinio in corrigendo relicta fuisset, terminandis, hoc edicto Pontificio quasi obiecto pessulo clauderetur, omnesque Christiani, quod factum est., vnanimi consensu, eandem rationem celebrandi Paschatis, quemadmodum in synodo Nicæna decretum erat, teneremus.

LXXXIIII. Neq; id sanè sine veterũ exemplis scripturæ quoque testimonio cõmendatis fecit. Nam cum in primis Christianæ Ecclesiæ incunabulis, quidã qui è secta Pharisæorũ fidem Christi erant complexi, graue controuersiam de ritibus Iudaicis nõ ab- *Actor. 15.*
rogandis excitauissent, quæ maximarum discordiarum futura videbatur seminarium, mox B. Petrus Christianorum princeps

cum reliquorum Apostolorum & Seniorum synodo sapientissimè decreuit, vt est in actis Apostolicis, vt qui è gentibus credidissent, *ab immolatis simulachrorum, & sanguine & suffocato* (rebus alioquin adiaphoris) deinceps se abstinerent; quòd hac sanctione, non modò omnia offendicula remoueri, verum etiam firma inter Iudæos & Gentiles, qui recentes se ad Christi Ecclesiam aggregarant, moribus dissimillimos, concordia constitui & retineri posse iudicaretur.

LXXXV. Quorum rituum paucorum, licet tum temporis tam Iudæis, quam gentilibus adiaphori essent, obseruationem non liberam fuisse, sed necessariam disertis verbis in epistola ad Antiochenos, Syros & Cilices data, synodus significauit. *Visum est enim*, inquit, *Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc* NECESSARIA. Et B. Lucas, ad finem capitis inter præcepta Apostolorum numerauit. Quare & in canonibus Apostolorum graui pœna multantur eius legis transgressores.

LXXXVI. Paulus quoque Apostolus, cum in Ecclesiam Corinthiorum non contemnendus abusus, qui ad dissensionem & cõfusionem spectare videbatur, irrepsisset, ipseq; ad eum euellendum ritus quosdam certos linguis loquendi, interpretandi & prophetandi, præscripsisset: mulieribus quoque omnem in Ecclesia loquendi potestatem ademisset; ne quis aut facilè constitutionem hanc negligeret, vel liberam existimaret eius esse disci-
1. Cor. 14. plinam, grauissimam hanc sententiam subiecit. *Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata: si quis autem ignorat, ignorabitur.*

LXXXVII. *Domini* autem *mandata* vocat: non quod alicubi speciale Dei mandatum de huiusmodi ritibus exstaret, sed quod mandatũ Dei generale erat, *vt omnia honestè & secundum ordinem fierent in Ecclesia*, vnde hæc Paulina constitutio, velut conclusio ex principijs, manauerat. Quo sensu ipse Disputator ante concessit, omnia adiaphora in scriptura contineri, & à Deo profecta esse.

Vel

LXXXVIII. Vel certè, quod vsitata phrasi scripturarum traditiones vel mandata hominum, dici solent mandata friuola, inania, perniciosa, pugnantia cum diuinis mandatis, à solo homine nata; qualia erant Pharisæorum, quæ non semel apud D. Matthæum Christus insectatur, vti exposuit B. Irenæus.

LXXXIX. Domini vero mandata non modo ea dicuntur, quæ immediatè à Deo, sed etiam, quæ immediatè ab hominibus Deo inspirante profecta sunt, quale erat mandatum Apostolorum de obseruatione legalium, de quo antè diximus. Nam illud Spiritui sancto & sibi asscribunt. *Visum est*, inquiunt, *Spiritui sancto & nobis*. Atque huc pertinet sententia illa generalis B. Pauli in epist. ad Romanos. *Qui potestati*, id est, humanæ legibusque humanis *resistit, Dei ordinationi resistit.* *Act.* 15. *Rom.* 13.

XC. Cui hæc pauca exempla ex latissimo scripturarum campo delibata satis non sunt ad Ecclesiasticarum legum patrocinium, is tantum oculos conuertat in Sacrorum Conciliorum celeberrimorum, veterum Pontificum Romanorum, Ecclesiarum particularium leges quamplurimas, antiquissimas, grauissimas, & non ambiget amplius inde ab initijs Christianæ religionis multos ritus adiaphoros, & sæpenumero cum appositione maximæ pœnæ in transgressores, lege indictos & mandatos fuisse.

XCI. Nobis id tantum ex officio incumbit, ne hic totam de potestate Ecclesiastica disputationem inuehere velle videamur, ostendere accuratius liberas non fuisse vel esse festi Paschalis, ieiuniorum omnium, celebrationis cœnæ dominicæ in pane azymo, vti frustra hic contendit aduersarius, obseruationes.

Paschæ obseruationem non esse adiaphoram vel liberam.

XCII. Etenim inde à Concilij Nicæni primi temporibus certo die, hoc est, Dominica post XIIII. lunam Æquinoctio proximam toto orbe Pascha celebratum fuisse, eumque ritum

Athan. in ep. de Syn. Epip. hær. 70. liberum non fuisse, manifestissimè solidissimèque demonstratur ex eo solo, quod B. Athanasius palam asserat è duabus tantis impensis coactæ Nicænæ synodi, vnam hanc primariam fuisse, vt dissimilitudo in celebrando Paschatis festo tolleretur. Et B Epiphanius duo in Constantino Cæsare valde prædicat, quod Arij dogma euerterit, & dissensionem ex quæstione Paschatis ortam sustulerit.

lib. 3. de vita Const. c. 17. Theod. lib. 1. hist. Eccl. c. 10 XCIII. Ipse quoq; Constantinus apud Eusebium Cæsariensem in epistola ad omnes Ecclesias prolixè refert Concilij Patres trib⁹ fere de causis adductos, vt Occidentalis & Romanæ Ecclesiæ ritum in celebrando Paschate deinceps sequendũ esse arbitrarentur. Vna, quod valdè indecorum & à pietate Christiana alienũ videbatur, nos, qui vnũ Deum colimus, vnius corporis Ecclesiæ membra sumus, vnã fidem vnumq; baptisma ꝓfitemur, quosq; Apostolus hortatur, *vt idem sentiamus omnes & sapiamus*, in anniuersario nostræ liberationis die, festo omnium celeberrimo colendo & recolendo discrepare. Altera quod absurdissimũ esset Christianos in tanta celebritate Iudæorum, qui nefaria Christi cæde manus suas contaminassent, consuetudinem imitari. Tertia, quod tres maioris orbis partes ritum Romanum hactenus secutæ fuissent.

XCIIII. Quæ si vera sunt, vti sunt verissima, falsissimum esse est, quod asserit disputator noster Paschæ diem & semper fuisse & adhuc esse adiaphorum & liberum, ac liberum quidem esse eum celebrare more Iudaico, vel vt ipse loquitur, ea die qua Christus celebrauit Mosaicum Pascha, cum Patres Concilij Nicæni id in primis cauerint in constituendo certo die Paschatis, ne quicquam cum Iudæis commune haberemus. Quod ex grauissima oratione Constantini aduersarius facilè discere potuisset, si animũ aduertisset.

XCV. *Ac primum quidem*, inquit, *indignum planè videbatur, vt ritum & consuetudinem imitantes Iudæorum istud festum sanctissimum ageremus. Nihil igitur sit nobis commune cum Iudæorum turba, omnium odiosa maximè, aliam enim viam quam insistamus à Seruatore didicimus.*

dicimus. Est enim re vera absurdissimum, vt illi insolenter se iactent, nos absq; ipsorum disciplinæ subsidio istas res nullo modo posse obseruare.

XCVI. Et infra, *Ex his item illud potest intelligi, nefas esse, vti in tanto & tam solenni religionis nostræ festo regnaret dissensio. Vnum enim libertatis nostræ diem festum, hoc est, sanctissimæ passionis, Seruator noster nobis tradidit, vnamq; Ecclesiam Catholicam esse voluit. Vestræ igitur sanctitatis prudentia accurate consideret, quam indecorum sit, vt ijsdem diebus alij ieiunijs vacent, alij agitent ieiunia: at post dies Paschatis alij in festis & animorum remissione versentur, alij præscriptis ieiunijs se dedant. Quapropter istud rectius instituendum est, & ad vnam normam redigendum, hoc enim diuina prouidentia vult.* Hæc ille.

XCVII. Easdem causas S. Patres, Ambrosius, Damasus, Epiphanius, Augustinus, Leo Magnus, & alij non modo repetiuerunt, verumetiam diserte scripserunt, lege, quam sine graui peccato violare non licuerit, ritum illum Pascha celebrandi omnibus Christianis imperatum fuisse. *Domini fratres*, inquit Ambrosius in epistola ad Episcopos per Æmyliam constitutos, *eo vsq; à vero nos deuiare non conuenit, nec vago ingenio discrepare, vt quadam necessitas celebritatis huius omnibus sit imposita Christianis.* Et rursus. *Vnde hæc lex Paschæ nobis seruanda est, vt non quartam decimam obseruemus in die Resurrectionis, sed in die magis Passionis, aut certè alijs proximis superioribus diebus.*

XCVIII. *Non leuiter delinquitur*, inquit B. Leo in epistola ad Martianum Augustum, *si in principio sacramenti veritas, & vnitas ab vniuersali Ecclesia non tenetur.* *epist. 64.*

XCIX. Augustinus vero cum de mysterijs huius obseruationis Paschalis à Nicænis Patribus decretæ prolixè disputasset, *ep. 119. c. 15.* (in qua nullum mysterium, vel sacramentum hic agnoscit Aduersarius) hanc protulit sententiam. *Hoc ex autoritate Diuinarum scripturarum in vniuersæ Ecclesiæ, quæ toto orbe diffunditur, consensione per annuum Pascha celebratur. In magno vtique, sicuti iam intelligis, Sacramento, & in scripturis quidem veteribus ad agendum Pascha non est præceptum tempus, nisi ex mense nouorum, à luna de-*

timaquarta vsque ad vigesimam primam: ex Euangelio tamen, quia iam manifestum est, quo etiam die Dominus crucifixus sit, & in sepulcro fuerit, & resurrexerit, adiuncta est etiam ipsorum dierum obseruatio per Patrum concilia, & orbi vniuerso Christiano persuasum est, eo modo Pascha celebrari OPORTERE.

lib. 3. de vita Constan. c. 19. C. Eusebius quoque Cæsariensis testatur à Cæsare Constantino missum esse cum autoritate edictum ad singulas Prouincias, vt vno, eodemque die Paschatis festum celebrarent.

CI. Imo ipse Constantinus in epistola sæpè citata hortatur omnes Ecclesias, vt libentibus animis decretum synodi Nicænæ, tanquam donum Dei, & mandatum reuera cœlitus demissum amplexentur. *Nam quicquid,* inquit, *in sanctis Episcoporum Concilijs decernitur, id vniuersum debet Diuinæ voluntati attribui.*

CII. Synodus Antiochena verò canone primo testatur pœna Excommunicationis multatos, qui Nicæno decreto non obsecundassent.

lib. 6. hist. c. 10 CIII. Certè B. Ioannes Chrysostomus, autore Socrate, illis, qui suo tempore festum Paschatis decimo quarto die mensis primi celebrandum esse, neglecto decreto Nicæno, censebant, multas Ecclesias ademit.

CIIII. Illud ergo extra aleam disputationis est, post Concilij Nicæni constitutionem non fuisse liberam cærimoniam festi Paschatis: nunc porrò demonstremus, nec ante Concilij illius tempora vsquequaque liberam fuisse.

CV. Nam cum SEVERO Imperatore, & B. Victore Pontifice Romano, mos iam tum in omni ferè Ecclesia receptissimus die dominico Pascha celebrandi propter Asiaticos in controuersiam vocatus esset, mox Romæ, in Palæstina, Ponto, Achaia, Gallia, alijsq; prouincijs & locis propè infinitis, Concilia, & Conuentus Episcoporum in vnum coacti sunt, *in quibus omnes*, vt habet Cæsariensis Eusebius, *vna sententia, decretum Ecclesiasticum, nempè vt non alio die aliquando, quàm Dominico mysterium Dominicæ Resurrectionis à mortuis celebraretur, & vt in hoc solo*

lib. 5. hist. c. 22.

Quadragesima

ieiunio-

ieiuniorum, quæ circiter Pascha fieri solent, finem faceremus, per literas ad omnes Ecclesias scriptas ratum fecerunt. Hæc ille.

CVI. Victoris quoque Pontificis & Martyris eadem de re decretum exstat in hæc verba. *Celebritatem sancti Paschæ die Dominica agi debere & Prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solenniter mandamus, quia non decet, vt membra à capite discrepent, nec contraria gerant.* *ep. 1. ad Theoph. episc. Alexand. De cõsecrat. d. 3. c. celebritatem.*

CVII. Ex qua B. Victoris oratione, illud quoque cognoscitur, constitutionem illam Paschalem ipso multò antiquiorem fuisse, vtpote ab antecessoribus eius Eleuthero, Sotêre, Aniceto, Pio, alijsq; obseruatam, profectamq;.

CVIII. Damasus certè Papa autor est, imperante Antonino Pio, sub Episcopatu Pij Primi, Hermam Pij fratrem librum scripsisse, in quo mandatum continetur, quod ei Angelus Domini præceperit, cum ad eum veniret in habitu Pastoris, vt sanctum Pascha die Dominica celebraretur. *Dam. in lib. Pontificali.*

CIX. Et exstat in epistola prima Pij Papæ ad vniuersos fideles decretum huiusmodi. *Cæterum nosse vos volumus, quod Pascha Domini, die Dominica annuis solennitatibus sit celebrandum. Istis ergo temporibus Hermes Doctor fidei & scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem Pascha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ Angelus Domini in habitu Pastoris apparuit, & præcepit ei, vt Pascha die Dominico ab omnibus celebraretur. Vnde & vos Apostolica autoritate instruimus omnes eadem seruare debere, quia & nos eadem seruamus, nec debetis à capite quoquo modo dissidere.* *De consec. d. 3. c. Nosse vos.*

CX. Quod si longius proficiscamur, inueniemus quoq; ipsorum Apostolorum de hoc ritu Paschatis constitutiones. Nam canon Apostolorum septimus sic habet. *Si quis Episcopus, vel Præsbyter, vel Diaconus sacri Paschæ diem ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponatur.*

CXI. Clemens quoque Romanus ex sententia Apostolorum ita loquitur. *Oportet ergo vos fratres qui pretioso sanguine Christi rèdempti estis dies Paschæ accurate, & cum omni diligentia celebrare post æquinoctium, cauentes, ne cum Iudæis festum agamus. Nulla enim* *lib. 5. constit. Apost. c. 18.*

lib. 1. c. 6. *la enim nunc est nobis cum eis societas.* Quo respexisse videtur Ruffinus, cum in historia sua Ecclesiastica scripsit, Nicæni Concilij Patres de obseruatione Paschæ *antiquum Canonem per quem nulla de reliquo varietas oriretur, Ecclesijs tradidisse.*

CXII. Neque desunt sancti Patres qui hunc ritum numerent inter Apostolicas traditiones. Nam B. Cyrillus Alexandrinus in 39. homilijs, quas ἑορτασικὰς vocauit à denunciatione festi Paschæ, Pascha celebrandum dicit, nunc secundum consuetudinem Apostolicam, nunc secundum Apostolicam vel Euangelicam traditionem. Athanasius vero in epistola de synodis Arimini & Seleuciæ, ex modo, quo Concilium Nicænum decreuit Pascha celebrandum, probat ritum illum pro Apostolica traditione habitum fuisse.

CXIII. Cum quo conuenit, quod post habitum Concilium ad Ecclesias Constantinus Augustus scripsit, *inde à prima Passionis Dominicæ die* ritum illum tanquam veriorem & synceriorem obseruatum fuisse, & quod Eusebius non dubitauit asse-
lib. 5. Eccl. hist c. 22. 25. rere omnes totius orbis Ecclesias, præter Asiaticas, *consuetudinem eandem ex Apostolica traditione ad tempora vsque Victoris continuatam tenuisse. Episcopos quoque in synodo Palæstina congregatos in decreto suo de Paschatis traditione ex Apostolorum successione gradatim ad eos deducta per multa disseruisse.*

CXIIII. Nec ab hoc dogmate longè abludit tum factum, tum Doctrina Apostoli Pauli: factum quidem, quia B. Lucas Act. 20. scribit eum aliquando festinasse, si possibile esset, vt diē Pentecostes faceret Hierosolymis, & in priore epist. ad Corin-
1. ep. ad Cor. c. 16. thios ait *se permansurum Ephesi vsque ad Pentecosten.* Vnde non obscurè consequitur, certam & vniformem tum fuisse obseruationem Pentecostes, ac proinde etiam temporis Paschalis. Quam enim, inquit B. Epiphanius contra Aërium, Pentecosten celebrabat, si non & Pascha celebrabat? Ideo enim Pentecostes dicitur, quia inter festum Resurrectionis Christi & missionem Spiritus sancti quinquaginta dies intercedunt.

Quod

CXV. Quod si contendas cum B Chrysostomo priorem locum de Iudaica potius quam Christiana Pentecoste exponendum esse; posterior tamen de Christiano potius cum Epiphanio, commodiusque intelligitur, cum neque potuerit extra Hierosolymam Sacrificium fieri neq; Pentecoste secundum legem Leuiticam sine Sacrificio celebrari.

CXVI. Doctrina vero Pauli expressa est in Epistola ad Colossenses his verbis. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi*: In parte enim diei festi is propriè iudicatur, qui festum Paschæ eo die agit, quo egerunt Iudæi, vti eum locum Pius Apostolicus in ep. sua decretali intellexisse videtur, & hic intellexit Tubingensis. *Coll. 2.* *Th. 173.*

CXVII. Ergo certum & indubitatum est, ritum Paschatis ex Apostolica traditione manauisse. Quoniam vero hæc traditio ignota fuit quibusdam Orientalibus Ecclesiis, aliam contrariam sed commentitiam traditionem prætendentibus à B. Ioanne Euangelista, & Philippo Apostolo acceptam, ingens mox controuersia excitata est de Paschate; quam cum Romani Pontifices hortationibus suis & decretis grauissimis componere omni ex parte non possent, Oecumenico Nicæno Concilio tandem opus fuit, vt communi totius orbis sententia omnibus persuaderetur non Asiaticorum, sed Romanorum, & præcipuarum totius orbis Ecclesiarum consuetudinem esse Apostolicæ traditioni consentaneam. *Euseb. l. 3, de vita Const.*

CXVIII. Hæc omnia si disputator cum suis asseclis accuratè expendere voluisset, non tam leuiter & imperitè effutiuisset certum diem Paschatis ab Apostolis nec institutum nec mandatum, sed nec ante Nicænum conuentum alicubi constitutum fuisse.

CXIX. Sed nunc audiamus, quemadmodum Tubingensis probet, liberam esse debere festorum obseruationem. B. Paulus inquit, reprehendit Galatas, *quod dies obseruarent & menses & tempora & annos*, & in historia tripartita à Socrate dicitur, *Mentem Apostolorum non fuisse de diebus sancire festiuitatum, sed conuersationem rectam & Dei prædicare culturam.* *Gal. 4.* *Lib. 9. c. 38*

CXX. Quod Argumentum à Chemnitio quoque in examine

Chem. 4. p. de festis. obiectum non aliunde, quàm ex Hæreticorum Nouatianorum schola profectum est: Nam & Nouatiani Angari Bithyniæ publica coacta Synodo decreuerunt liberam & indifferentem relinquendam esse obseruationem Paschatis, & Socrates, vt Nouatianus, loco à Tubingensi citato, obiectas sententias Pauli eò contorquet, vt probet nec Christum nec Apostolos vllam legem

Trip. l. 9. c. 37 de Paschæ, festorumque celebritatibus, de ieiunandi ritu & aliis

Socr. lib. 5. c. 20. 21. tulisse, quod cum omni antiquitate pugnare & hactenus ostendimus, ac porrò ostendemus.

Quo sensu B. Paulus in vitio posuerit Obseruationem dierum, mensium, annorum.

CXXI. Apostoli verbis non omnes reprehendi dierum, & temporum obseruationes certum est, nisi decretum antiquum

Gen. 1. Dei, vt luminaria cœli sint nobis *in signa & tempora, & dies, & annos*, rescindamus; nisi Astronomiam omnem, Ephemerides, Prognostica, omnemque vitæ humanæ consuetudinem, quæ sine obseruatione temporum consistere non potest, è medio tollamus.

CXXII. Non arbitretur quisquam sapiens, inquit B. Augustinus

Ep. 119. ad Ianuar. c. 7. ad Ianuarium, *obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt. Non proficiscar hodie, quia tempestas exorta est: aut non nauigem, quia adhuc sunt hybernæ reliquiæ: aut tempus seminandi est, quia imbribus autumnalibus terra satiata est: vel si qui forte alij naturales effectus circa motum aëris & humoris ad variandas temporum qualitates in syderum ordinatissima conuersione notati, sunt de quibus dictum*

Gen. 1. *est cum conderentur: Et sint in signis & temporibus, & diebus & in annis.*

CXXIII. **Sicut vero in vita ciuili, sic nec in spirituali & Ecclesiastica omnis potest condemnari temporum obseruati**

n

non tantum propter ordinem & disciplinam, vt fatentur secta-rij, sed etiam propter significationem Sacramenti, vt de festo Paschatis & ieiunio quadragesimæ scripsit B. Augustinus; qui & alibi ipsum Christum & S. Ioannem Baptistam, non obscurè facit obseruatores temporum, cum scribit *eo die natum B. Ioannem Baptistam quo incipiunt decrescere dies, vt humiliaretur homo: eo autem die natum Christum, quo incipiunt crescere, vt exaltaretur Deus.* *Serm. 2. de Natiui. S. Io. Baptistæ.*

CXXIIII. Ambrosius quoque Christum inducit obseruatorem temporum in sua Passione his verbis. *Inde est, quod ipse Dominus cum opera in terris miranda fecisset, tempus Passionis esse memorauit dicens: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Ergo & diem & horam exquirimus, vt scriptura nos instruit. Propheta etiam Dauid dicit, tempus faciendi Domine, petens accipere sensum ad cognoscenda Domini testimonia. Ecclesiastes ait. Omni rei tempus. Hieremias clamat. Turtur & hirundo, agri pasceres agnouerunt tempora introitus sui. Quid autem euidentius, quàm de Passione Domini dictum videri: Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui? Hoc igitur tempus præcipuè scire debemus, (Paschæ) quo per vniuersum orbem consona sacræ noctis fundatur oratio, quia & tempore commendantur preces, sicut scriptum est. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te. Hoc est tẽpus de quo Apostolus dixit, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Hæc ille. *In Ep. 83. Ioan. 17. Psal. 118. Ecc. 3 Hierem. 8 Esa. 1. Esa. 49. 2. Cor. 6.*

CXXV. Ergo tota Apostoli oratio fertur tantũ in superstitiosas vel Mathematicorum vel Iudaizantium, qui veteris legis ritus præter fidem faciebant ad iustitiam & salutem necessarios, obseruationes: vtrumqueenim commentarium liberum reliquit Augustinus. *In Ep. ad Gal.*

CXXVI. Si de Mathematicorum superstitionibus intelligatur, (quod magis ꝓbauit August. ꝓpter illa verba proximè antecedẽtia; *Quomodo cõuertimini iterũ ad infirma & egena elementa, quib. denuo seruire vultis?* Non. n. inquit, poterant Galatæ vel iterum conuerti *Ambr. ep. 48. & in comment. Aug. ep. 118. 119. in enchir. c. 79.*

conuerti, vel denuo seruire circumcisioni, alijsque ritibus Iudaicis, qui nunquam fuerant circumcisi) obseruationem dierum, & mensium & annorum de uulgatissimo errore Gentilium interpretabimur, qui in expectandis euentibus vitæ ac negotiorum ab Astrologis & Caldæis notatos dies obseruabant; *qui dicunt*: inquit B. Augustinus, *Non proficiscar quia Luna sic fertur: vel proficiscar, vt prospera cedant, quia ita se habet positio syderum. Non agam hoc mense commercium, qui illa stella mihi agit mensem, non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est.*

Ep.119. ad Ioan.c.7

CXXVII. Si vero de Iudaizantium superstitionibus, qui in religione Christiana, Sabbatum, Neomenias, mensem primum in quo 14. die fiebat Phase, annum 50. Iubilæi, obseruandum volebant, quod cum Græcis interpretibus magis probat Hieronymus locus intelligatur, nihil obesse potest Christianorũ, feriis quæ similitudinem quandam cum Iudaicis retinuerunt. Magnis enim de causis, Iudaicam illam obseruationem temporum antiquauit Apostolus, quæ in nostra festa non conueniunt.

CXXVIII. *Prima* est, quia, vt plerique omnes veteris legis ritus erant vmbra & figura futurorum, *omnia enim*, inquit Apostolus, *in figura contingebant illis*, ita præsente corpore & veritate hoc est, Christo, ac lege Euangelica significationem suam amiserunt. Quare neque sine manifesto errore festa Iudaica post aduentum Christi, vt quæ significatione fallebant, obseruari potuerunt. *Illi*, inquit B. Augustinus contra Adimantum Manichæum (qui Catholicorum quoq; festa, vt nunc faciunt sectarij, sententia Apostoli euertere conabãtur) *ea seruiliter obseruabant* (Iudaizantes) *non intelligentes ad quarum rerum significationem & prænuntiationem pertinerent. Hoc in eis culpat Apostolus. Nam nos quoq; & dominicum diem & Pascha Solenniter celebramus, & quaslibet alias Christianas dierum festiuitates. Sed quia intelligimus quo pertineant, non tempora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus.*

CXXIX. *Altera* est, quia seruilem & cum libertate Christiana omnino pugnantem sequebantur temporum obseruationem. *Non enim*, inquit Hieronymus, *Iudæis fas erat omni tempore immolare agnum, Pentecosten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidie: Nobis autem Christianis omnes dies sunt æquales; licet enim nobis vel ieiunare*

In comment. Gal.4.

en

ſemper vel ſemper orare, & diem dominicam accepto Domini corpore indeſinenter celebrare.

CXXX. Si quæras ab eo, cur ergo dies certi agendis feſtis, & ieiunijs conſtituti ſint? Reſpondet id factum eſſe, *tum ut in vnum pariter omnes veniremus, & ex conſpectu mutuo maiori lætitia in Eccleſiis afficeremur, tum quia multi ſunt, qui magis ſeculo vacant, quam Deo, nec poſſunt, imo nolunt toto in Eccleſia vitæ ſuæ tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum ſuarum offerre ſacrificia. Quotuſquiſque enim eſt,* inquit, *qui ſaltem hæc pauca, quæ ſtatuta ſunt, vel orandi, tempora, vel ieiunandi ſemper exerceat?*

CXXXI. *Tertia* eſt, quia lex vetus ante prædicatum Euangelium olim fuit inſtar muri, vt habet S. Theodoretus, quo fideles concludebantur, ſed vſque ad Chriſti aduentum, *in quo abiecto muro, & vt Apoſtolus alibi loquitur, macerie medij parietis ſoluta, omnes facti ſunt filij liberæ, libertate qua Chriſtus eos liberauit. Prius autem,* inquit Apoſtolus, *quam veniret fides, ſub lege tenebamur concluſi, in eam, id eſt, vſque ad eam fidem, quæ reuelanda erat.* *In comment. ep. ad Gal.* *Epheſ. 2.* *Gal. 4.* *Gal. 3.*

CXXXII. Et rurſum fuit inſtar Pædagogi, quo non indiguerunt, niſi vſque ad tempus præfinitum à Patre cœleſti, plenitudinem videlicet temporis, in quo miſit filium ſuum factum ex muliere, vt eos qui ſub lege (Pædagogo) erant redimeret. *Vbi venit enim fides,* inquit Apoſtolus, *iam non ſumus ſub Pædagogo.* Iuſtiſſima ergo Apoſtoli reprehenſio fuit in Galatas, qui obſeruatione cæremoniarum legalium ipſi ſe in antiquum piſtrinum, & duriſsimarum legum carcerem includebant, & pædagogum, elementariamque informationem ſectantes, prorſus repueraſcebant, & à Chriſto veritatis magiſtro diſcedebant.

CXXXIII. Poſtrema cauſa eſt, quia obſeruationi temporum, ceteriſque ritibus legis, infirmis alioquin, & egenis elementis vim omnem iuſtificandi attribuebant, fidei adimebant. *Euacuati eſtis à Chriſto, inquit, qui in lege iuſtificamini.* At nos fidei, operibusque ex fide profectis, non autem nudis ritibus vim omnem iuſtificandi aſſcribimus. *Nos,* inquit Apoſtolus, *ſpem iuſtitiæ expectamus ex fide quæ per charitatem operatur:* hoc eſt, vim iuſtificandi per charitatem exercet: græcè enim eſt ἐνεργουμένη. Et apud B. Iacobum Apoſtolum legimus *Abrahamum ex operibus iuſtificatum* *Gal. 5.* *Iac. 2.*

 &

& non ex fide tantum, quia *fides eius operibus* non tantum declarata est, vt sectarij somniant, sed *consummata* & perfecta, vt idem B. Iacobus loquitur.

Ritum ieiunandi non esse liberum & adiaphoron.

CXXXIV. Satis hactenus pro Paschate pugnauimus, veniamus nunc ad Christiana ieiunia, & à libertate Lutherana, qua disputator ea in vniuersum omnia donauit, vindicare conemur.

CXXXV. Primum constat Aërianos ab Epiphanio, Augustino, Damasceno in Catalogum hæreticorum relatos, quod docuerint ritum ieiunandi cuique relinquendum esse liberum, & præscripta ieiunia esse contemnenda. Eustachius quoque Sebastiæ Episcopus, teste Socrate, Zozomeno, & Nicephoro, dignitate episcopali exautoratus est, & in synodo Gangrensi anathemate iugulatus, quod ieiunia lege Ecclesiastica mandata contempserit.

Epip. hær. 75. Aug. hær. 53. Dam. l. de hæ. Socr. l. 2. c. 33. Zozom l. 3. c. 3. Niceph. l. 3.

CXXXVI. Deinde Canon Apostolorum 68. mandat deponi Clericum, qui indicta ieiunia soluerit. Synodus Moguntina cum Gangrensi pœna excommunicationis multat communium Ecclesiæ ieiuniorum contemptores. Tertullianus fatetur Catholicæ Ecclesiæ Episcopos vniuersæ plebi solere ieiunia indicere. Augustinus, Ambrosius, Leo Magnus, & indixerunt ipsi aliquando ieiunia, & docuerunt non leue peccatum admitti indictorum ieiuniorum transgresione. Augult. ser. 60. & 62. de temp. Ambrosius ser. 25. 40. Leo serm. 1. de ieiunio 7. mens. & serm. 3. de ieiunio 10. mensis.

Mog. can. 35. Gang. c. 19. Tertul. cont. Psy

CXXXVII. Sunt quidem ieiuniorum qnorundam secundum D. Augustini doctrinam liberæ obseruationes: cuius autoritate eri conatur se hic aduersarius: sed hoc ad omnia ieiunia trahi non potest.

Aug. ep. 118. Basil. ho. 2. de ieiunio. Hieron. ep. ad Mar.

CXXXVIII. Liberum enim non est nec fuit vnquam ieiunium quadragesimæ. Clarè enim docuerunt S. Patres lege siue diuina, siue Apostolica indictum esse, vt Basilius, & necessitate celebrari, non libera voluntate, vt Hieronymus; & sine peccato

Aug. ser. 77. de temp. Ambr. ser. 25.

sacri-

ſacrilegij totam quadrageſimā violari non poſſe, vt Auguſtinus, & magis quam Ionatham ieiunium à Patre Saule indictum violantem morte dignum eſſe, qui ſciens prudens violarit, vt Ambroſius.

CXXXIX. Libera quoq; non eſt abſtinentia à carnibus in quadrageſima, alijsq; ieiuniorū diebus. Omnes enim Christianos cum ieiunauerunt à carnibus abſtinuiſſe diſertè affirmat Cyrillus Hieroſolymitanus, Gregorius Nazianzenus, & Theophilus Alexandrinus. Teleſphorus verò Pontifex & Martyr in Epiſtola quadam ad omnes Eccleſias ſcripſit Apoſtolos Petrum & Paulum mandauiſſe, vt ieiunantes à carne abſtinerent. Et Concilium Toletanum octauum c. 9. Dominicæ Reſurrectionis reos declarat, qui in quadrageſima carnes comederint, & Nicolaus 1. ad conſulta Bulgarorum in ieiunijs à car- *Cap.* 4
nibus abſtinendum eſſe reſpondit.

CXL. Liberum non eſt ieiunium quatuor temporum, inde ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia Romana receptum, perque vniuerſam Eccleſiam hactenus obſeruatum, vt clariſsimè & ſæpiſsimè ſcripſit Magnus Leo in ſermonibus, pro horum dierum ieiunio habitis.

CXLI. Liberum eſt die Veneris & Sabbathi ieiunare, vel non
ieiunare, ſed liberum non eſt veſci carnibus: quia morem abſti- *Aug. ep.* 86.
nendi à carnibus tota ſeruat Eccleſia Catholica Romana, qui pro *Hieron ep.* 28.
lege ſecundum doctrinam D. Auguſtini, atque Hieronymi ha- *ad Luc.*
bendus eſt.

CXLII. Cuius Auguſtini illa quoque in epiſtola doctiſsima ad Ianuarium receptiſsima regula eſt. *Illa quæ non ſcripta, ſed tra-*
dita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, ea vel ab *Ep.* 118. *c.* 1. 5.
ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata, atque ſtatuta retineri. Et infra. *Ad hæc itaque,* inquit, *ita reſpondeo, vt quid horum ſit faciendum, ſi diuinæ ſcripturæ præſcribit autoritas, non ſit dubitandum, quin ita facere debeamus, vt legimus. Similiter etiam, ſi quid horum tota per orbem frequentat Eccleſia. Nam & hinc, quin ita faciendum ſit diſputare inſolentiſsimæ inſaniæ eſt.*

CXLIII. Vnde sequitur plusquam insolentissimè insanos esse huius temporis sectarios, qui non solum disputant, an ieiunandum sit in Quadragesima, & quatuor temporibus, præcipuorumque festorum peruigiliis, an tempore ieiuniorum delectus ciborum seruandus sit, an necessario Dominica post XIIII. Lunam vernalem Pascha celebrandum, quæ hactenus tota per orbem frequentat Ecclesia: sed etiam impie clamant hos ritus sanctissimos, esse iudaicos, hæreticos, superstitiosos.

CXLIV. Quæ vero hic noster Disputator ex eodem Augustino pro libertate ieiuniorum obijcit, intelliguntur non de celeberrimis ieiuniis consuetudine vniuersali totius orbis roboratis: sed de particularibus quibusdam, ijsque dissimilibus obseruationibus, quas quæque natio olim à primis Ecclesiarum fundatoribus communi consensu accepit, & Patria consuetudine solenniter retinuit.

CXLV. Sic enim in Epistola 119. ad Ianuarium respondet. *Miror sanè*, inquit, *quid ita volueris, vt de iis, quæ variè per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & vna in his saluberrima regula retinenda sit, vt quæ non sunt contra fidem, & contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur.*

Ep. 118. c. 2 CXLVI. Et in Epistola præcedenti. *Alia*, inquit, *verò, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quod alij ieiunant Sabbato, alij vero non; alij quotidiè communicant corpori & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt, totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes: nec disciplina vlla in his est melior graui prudentique Christiano, quàm vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcunque forte deuenit. Quod enim neque contra fidē neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendū, & pro eorum inter quos viuitur societate seruandū est. Credo te aliquando ex me audisse, &c. Mater mea Mediolanum me consecuta inuenit Ecclesiam Sabbato non ieiunantem, cœpit perturbari & fluctuare quid ageret, cum ego talia non curabam: sed propter ipsam consului de hac re Beatissimæ memoriæ virum Ambrosium. Respondit se nihil docere me posse, nisi quod ipse faceret: quia si melius nosset, id potius obseruaret, cumque ego putassem nulla reddita ratione autoritate sola sua ne*

volui,

voluisse admonere, ne Sabbato ieiunaremus, subsecutus est, & ait mihi. Cum Romam venio, ieiuno sabbato, cum hic sum, non ieiuno. Sic etiam tu ad quam forte Ecclesiam veneris, eius modum serua, si cuipiam non vis esse scandalo, nec quenquam tibi. Hoc cum matri renunciassem, libenter amplexa est. Ego verò de hac sententia etiam atque etiam cogitans, ita semper habui, tanquam eam cœlesti oraculo susceperim. Hæc ille.

CXLVII. Concedit igitur quidem B. Augustinus, varium hoc & multiplex ieiunandi genus liberas habere obseruationes in vniuersali: sed tamen in particulari negat ibi liberas esse, vbi consuetudine inueterarunt.

CXLVIII. Erat Augustino liberum ieiunare Sabbato vel non ieiunare. At cum Romæ degebat, tenebatur ieiunare; Mediolani non tenebatur, custodita videlicet eorum inter quos viuebat inoffensa societate. *Sicut enim, quod ait Apostolus, verum est, malum esse homini, qui per offensionem manducat: ita malum est homini, qui per offensionem ieiunat.*

CXLIX. Itaque in epistola ad Casulanum disertè ita scripsit. *In his rebus, de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio.* *Ep. 86.*

CL. Augustino consentit Hieronymus. *De sabbato*, inquit ad Lucinium Bæticum, *quod quæris, vtrum ieiunandum sit, & de Eucharistia an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia & Hispanica obseruare perhibentur, breuiter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti.* Et rursus. *Vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur.* *in ep. 23.*

CLI. Nullum igitur sectarius patrocinium inuenit liberarum obseruationum ieiunij in Augustino, cum pleræque omnes, de quibus inter nos & ipsum controuersia est, sint consuetudine vniuersali Ecclesiæ confirmatæ, quas sine insolentissima insania, vti diximus, ille putat non posse infringi.

CLII. Quare & decretum prætorium Patrum Concordiæ mancum & mutilum est, quo ex vulgari illo dicto, *Dissonantia*

ieiunij non dissoluit consonantia fidei, pronunciant simpliciter omnia ieiunia esse adiaphora & libera, vnamque Ecclesiam ab alia ob ritus dissimiles damnari non posse: Cum hoc tantum locum habeat in ritibus, qui variè per diuersa loca obseruantur (vt erat ieiunium Sabbati tempore B. Augustini) non autem in ritibus qui ex traditione Apostolica, & consuetudine totius orbis, non libera voluntate, sed legis necessitate celebrantur.

CLIII. Damnat quidem B. Augustinus, quasdam ieiuniorum obseruationes, sed impias & superstitiosas, vt erat illa, temperandi à carnibus edendis, quòd immundæ sint. *Quod*, inquit *apertissimè contra fidem, sanamque doctrinam est*. Quasdam non damnauit quidem, sed tamen approbare noluit, vt quas præter consuetudinem, *quasi obseruationem Sacramenti quidam venerabantur, etiamsi multa*, inquit, *huiusmodi propter nonnullarum vel sanctarum vel turbulentarum personarum scandala deuitanda liberius improbare non audeo.*

CLIV. Quasdam denique sine vlla dubitatione putauit resecandas, sed eas, (quod notet disputator pro sua thesi 43. & 44.) *quæ diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variabantur, ita vt vix aut omnino nunquam inueniri potuerint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sint. Quamuis enim*, inquit, *neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei liberam esse voluit, seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiamsi tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis non humanis præsumptionibus subijciuntur.*

Ritum celebrandi Cœnam Domini in azymo non esse adiaphorum.

CLV. Superest tertium exemplum ritus adiaphori de celebratione Cœnæ Dominicæ in pane azymo, vel fermentato. *Quem ritum adiaphorum semper fuisse & etiamnũ esse confidenter sine vlla distinctione hic affirmat* Heerbrandus.

CLVI. Atqui neque hoc satis idoneum exemplum est ad adiaphoram istam doctrinam stabiliendam. Licet enim in genere Christiano Sacerdoti indifferens, & liberum sit sacrificium Missæ peragere in azymo pane vel fermentatu, sicut tempore B. Augustini

gustini liberum erat Augustino in genere ieiunare Sabbato, vel nõ ieiunare, tamen Latino Sacerdoti in Ecclesia Latina liberum non est illud peragere in azymo, sed necessarium; sicut Augustino Romæ agenti *liberum* non erat ieiunare Sabbato, sed necessarium. Mos enim populi Dei, vel instituta Maiorum, vt ante dixerat Augustinus, pro lege tenenda sunt.

CLVII. Quare & in constitutionibus Ecclesiasticis, extra, de celebratione Missarum, cap. *Literas*, legimus punitum Sacerdotem, qui in pane fermentato & scypho ligneo Missarum solennia celebrare præsumpserat: & Princeps scholasticorum S. Thomas Aquinas in summa Theologica scripsit non solum peccare Presbyterum in Ecclesia Latinorum celebrantem in pane fermentato: verumetiam Presbyterum Græcum peccare celebrantem in Ecclesia Græcorum in pane azymo. *3. part. q. 74. a. 4.*

CLVIII. Quod verissimum esse cœpit post Conciliũ Florentinum sub Eugenio IIII. celebratum, in quo consuetudo Græcorum approbata fuit his verbis. *Item in azymo, siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesq́ in altero ipsum Domini corpus conficere debere: vnumquemq́ scilicet iuxta suæ Ecclesiæ siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem.*

CLIX. Hostilis autem dissidij, quod hactenus inter Græcos schismaticos, & Latinos intercessit ob hunc ritum, aliosque similes, quod hic nobis affricare videtur aduersarius, auctores non sunt, nec fuerunt Latini, sed Græci.

CLX. Latini enim semper docuerunt ritum vtrumque Græcorum & Latinorum omni culpa vacare: Nam ante exortum schisma Gregorius Magnus in Registro, quem post Aquinatem citat græcus scriptor Gennadius scholarius Patriarcha Constantinopolitanus, etiam causas reddere conatus est, cur vtrique laudabiliter, & Græci infermentato, & Latini in azymo sacris mysterijs operentur: *Solet*, inquit, *multos perturbare, quamobrem in Ecclesia quidam panes azymos, quidam offerant fermentatos. Romana Ecclesia azymos panes, ppterea, quod Dominus sine vlla cõmistione suscepit carnem. Sed cæteræ Ecclesiæ offerunt fermentatũ pro eo, quod verbum Patris*

 indu-

indutum est carne, & est verus Deus, & verus homo. Nam & fermentum commiscetur farinæ, & efficitur corpus Domini nostri Iesu Christi viui. Sed siue in azymo, siue in fermentato conficiatur, Domini corpus & Saluatoris sumimus.

CLXI. Deinde scholæ Doctores inde ab annis trecentis perspicuè docuerunt panem triticeum fermentatum æquè ac azymum legitimam Eucharistiæ esse materiam, in vtroque Missæ sacrum perfici, in altero à solis Græcis, in altero à solis Latinis.

CLXII. Ac denique ante quadraginta annos supra centū, eoque amplius, Romanus Pontifex Eugenius III. alijq; Latini Pontifices, dissidium, quod esse videbatur propter huiusmodi ritus, conuentu publico Latinorum & Græcorum sustulerunt.

CLXIII. Græci verò primum per occasionem eorundem rituum detestabili schismate se ab Ecclesia Romana auellerunt, Latinosque tanquam hæreticos per contumeliam Azymitas, vt habet Leo nonus in epistola aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani & Leonis Acridani Episcoporum, appellarunt: cum ipsi veriùs nuncupari debuerint, vt scripsit Innocentius III. fermentarij, vt qui non aliter quàm in pane fermentato Eucharistiam confici posse secundum regulam fidei arbitrentur.

C.20. Lib. 4. myst. Miss. c. 4.

CLXIV. Deinde verò & vnionem saluberrimam in synodo generali Florentina perfectam, manuque Palæologi Græci Imperatoris, Patriarcharum aliquot, multorumque Episcoporum & Monachorum subscriptam & confirmatam superbissimè repudiarunt: præmiumque facti sui retulerunt, vt haud multo post exciso imperio turpissimæ Turcorum seruituti subijcerentur.

V. PROBATIO TVBINGENSIS.

CLXV. At audiamus rursum nostrum Calendariomastyga pro defensione suorum Adiaphororum obstrepentem. *In historia Ecclesiastica*, inquit, *videre est, Cærimonias non easdem, sed diuersas diuersis in regionibus & locis fuisse obseruatas, de quibus Augustinus dicit. Totum hoc genus liberas habet obseruationes: at Calendarij Gregoriani obseruatio non libera est, nec Adiaphoron iuxta Gregorium XIII. sed adeò*

The. 62. 63. 142. 143. 149. 160. 179.

adeò necessaria, vt sub excommunicationis pœna mandetur omnibus in toto orbe Christiano, ni malint incurrere indignationem Dei omnipotentis & Apostolorum Petri & Pauli. ergo &c.

RESPONSIO.

Pontificem Romanum iure potuisse sub Excommunicationis pœna mandare obseruationem noui Calendarij.

CLXVI. De quibus Ceremonijs intelligendus sit B. Augustinus, & quousque ac quatenus earum quædam sint liberæ & adiaphoræ satis diximus. Gregorius verò *XIII.* sapientissimus mitissimusque Pontifex neque sine ratione iustissima, neque sine diuinarum scripturarum, totiusque antiquitatis exemplis mandatum de obseruando Calendario cum pœna Excommunicationis edidit (Quanquam non tam omnibus in toto orbe Christiano quàm certis potius, ut Typographis, & ijs, qui ad officium diuinum recitandum tenentur sub pœna excommunicationis nominatim mandârit) Quare iniquissimè hic aduersarius optimum virum tantum non transformare conatur *in Draconem leges sanguine scribentem, in lupum vlulantem, & leonem infernalem in bulla sua rugientem.* *Thes. 62. 63.*

CLXVII. Ratio est manifestissima. Nemo enim inficiari potest, non minus Ecclesiasticum Magistratum sine vlla suspicione Tyrannidis, legem ferre posse sub pœna excommunicationis, quæ inter spirituales pœnas est grauissima: quàm politicus Magistratus possit legem ferre sub pœna capitis, quæ grauissima est inter corporales, si vtrobique causa sit grauis & iusta. Cum ergo Princeps Ecclesiastici magistratus Gregorius iustissimam, grauissimamque causam habuerit, & restituendi, & sub pœna Excommunicationis promulgandi Calendarij, quam quæso isti nasuti in Pontificio decreto tyrannidem olfacere potuerunt?

CLXVIII. Dices, Quæ fuerit illa grauissima causa? De multis vna hæc palmaris est: scilicet vt vniuersus orbis Christianus, in vna eademq; formula Calendarij & ratione temporum, Diuinis officijs in Ecclesia peragendis, neg tijs ciuilibus in Repub.

 tractan-

tractandis, vti hactenus, summa pace & tranquillitate consent
ret. Quàm causam qui negat esse grauissimam, næ ille non inte
ligit, quanta confusio, perturbatioque omnium rerum fuiss
si aliqua, quod Deus clementissimus auertit, inter Catholic
dissensio oborta fuisset. Nec sapientissimus Pontifex Calenda
um hoc seculo promulgare attentasset, nisi planè persuasum h
buisset Principes, respublicasque Catholicas omnes haud grau
te decreto suo, vti factum est, obtemperaturas.

CLXIX. De protestantium Ecclesijs, quæ matrem Ecclesi
rum non agnoscunt, non admodum fuit anxius & solicitus, qu
bus nec mandauit promulgationem Calendarij, nec pœnam e
communicationis, qui suo ipsorum iudicio iam excommunic
erant, intendit, si non parerent. Quare si quæ in eorum Eccles
inciderunt, confusiones, bella, seditiones, earum non Pontif
sed ipsimet, qui toti orbi in re adiaphora, vtilissimaque consen
re noluerunt, auctores sunt, & architecti.

CLXX. Consensum autem illum necessarium, ne quiden
Catholicis comodè sperari potuisse, nisi appositione anathema
pondus aliquod decreto Pontificio accessisset, obscurum n
est. Nam hac mandandi formula & plebæis, idiotisque fac
persuasum est, sanctionem rei esse grauissimæ, quam sine crimi
violare non liceat; & eruditis, ac rerum Mathematicarum gna
(qui in tanta ingeniorum, opinionumque de ratione corrigen
Calendarij varietate, vel rationem à Pontifice propositam n
approbassent, vel Principibus autores fuissent, ne illam accep
rent) omnis porrò disputandi occasio amputata est.

CLXXI. Et quidem iustissimè amputata est, quia post t
editos Mathematicorum commentarios, post quæsitas celeb
rimarum Academiarum sententias, post auditas doctissimoru
hominum disputationes, post tot Catholicorum, & sectarioru
quoque quorundam, qui hanc rationem corrigendi collaud
runt, consensum, aliquis tandem esse debuit omnium disput
tionum finis: Quem finem facere nemo faciliùs potuit, quà
supremus, vt confitetur ipse Lutherus in libro de concil
ab Heerbrando citatus, Magistratus; Pontifex scilicet R
manus, sum̃us omnium controuersiarum Ecclesiasticarum a
bir

biter & iudex. *Perpulchrum quidem hoc,* inquit, *& factu nequaquam esset difficile, si manum operi supremus ille Magistratus admoueret: quandoquidem omnia Astronomorum diligentia ita elaborauit, vt præter edictum & mandatum nihil deesse videatur.*

CLXXII. Conferamus idem factum cum exemplis scripturarum. Adam primus parens noster ob pomi gustatum, rem ex se adiaphoram & leuem, è Paradyso exterminatus est. Ionathas paternum de ieiunio edictum per ignorantiam transgressus, morti addictus est: Ananias & Saphira, quod de pretio agri fraudassent, vno B. Petri Apostoli verbo, tanquam fulmine icti exspirarunt. Paulus formicarium Corinthium Sathanæ traditum è cætu fidelium exturbauit, ne modicum fermentum totam massam corrumperet. Potest ergo & horum successor Ecclesiæ Princeps anathemate Ecclesiastico ferire, qui in re quantumuis in speciem leui, & adiaphora grauiorum malorum existunt auctores & publicarum vtriusque status politici & Ecclesiastici turbarum, confusionum, seditionum.

Gen. 3. *1. Reg.* 14. *Act.* 5. *1. Cor.* 5.

CL*XXIII.* Cum ergo è Catholicis aliqui eo ipso, quod Calendarium restitutum, si libera eius à Pontifice obseruatio omnibus relicta fuisset, recipere voluissent, potuerint maximarum calamitatum istarum esse autores, potuit sapiens Pontifex procellam ex promulgatione sua probabiliter impendentem consilio auertere, & excommunicationis pœnam comminari ijs, qui Calendarium recipere detrectarent, hoc est, qui ex sua parte causam darent futuris perturbationibus. Quod enim nolle recipere Calendarium sit seditioni causam dare, certissimus apud Vindelicos probauit euentus.

CL*XXIV*. Iam quoque à Pontificio decreto stant illustria exempla venerandæ antiquitatis. Multa enim reperimus anathemata fulminata de ritibus, quos isti omnes volunt liberos esse, & adiaphoros. E multis pauca decerpã. Mogũtina Gangrẽsisq; vetustissimæ synodi excomunicarunt oẽs, qui sine necessitate ie-

iunia

iunia ab Ecclesia præscripta soluissent. Concilij Toletani octau
C.9. Patres, eos, qui diebus quadragesimæ esum carnium præsumpsissent attentare, pronuntiarunt non solum reos resurrectionis Dominicæ, verumetiam, ab eiusdem diei sancta communione alienos.

CLXXV. Canon Apostolicus septimus deponi iubet Episcopum, Presbyterum, Diaconum, qui cum Iudæis Pascha celebrasset. Synodus verò Antiochena etiam Excommunicationis sententiam in eos protulit, qui decreto Nicæno de Paschate non paruissent. Et ante Nicænam synodum B. Victor Romanus Pontifex Asiaticas Ecclesias, quæ decimaquarta Luna cum Iudæis Christianum Pascha celebrandum esse, contempto ipsius decreto contendebant, à communione Ecclesiastica separauit. Constat autem eandem fere de Calendario nunc, vti fatetur Disputator Tubingensis, ac olim fuit de Paschate, esse quæstionem, cũ Calendariũ ideo restitutum sit, quemadmodum habet in literis suis Gregorius XIII. vt rectam Paschalis festi celebrationem iuxta S. Patrum, ac veterum Romanorum Pontificum, præsertim Pij, Victoris, nec non Concilij Nicæni, & aliorum sanctiones haberemus.

Can.1.

CLXXVI. Verum hic Heerbrandus plus æquo laxatis perturbationũ habenis cum Luthero suo & Magdeburgicis Centurionibus acerbissimè bacchatur in sanctissimum, antiquissimumque Pontificem Victorem: quem semel, iterum, tertio non veretur appellare *superbum; in quo spiritus Antichristi iam tum suum exercuerit ingenium, cuniculosque egerit, per quos monarchiam & primatum in Ecclesia affectaret. Qui hostili animo, iniustè, tyrannicè propter rem leuiusculam, nec tanti momenti totam damnauerit & excommunicauerit Ecclesiam Orientalem. Quem maior decuerit modestia & humanitas, maiori etiam sapientia præditum esse oportuerit, quam vt propter adiaphoron orbem turbaret Christianum.*

The. 29. 30. 31. 32. 34. 35. 176. 177. 178. 1801. 82.

Luth. in c. 4. ad Gal.

CLXXVII. At potius maior decebat Doctorem Euangelicum stipendiatorum alumnorum præfectum modestia & humanitas in eos Pontifices, qui primo seculo Apostolorum temporibus proximi Romæ vixerunt, quos alias pro veris & germanis Christi vicarijs, Petriq; successoribus ipsi venditare solent.

CLXXVIII.

CLXXVIII. Maiori quoque ſapientia præditum eſſe oportuerat, quam vt virum ſanctum, *& in catalogum Martyrum*, vt eius Lutherus hic fatetur, *relatum*, & pro cuius ſententia cum traditione Apoſtolica tot ſtabant Eccleſiæ, pugnabant ſynodi orbe toto, appellare ſuperbum, & reum affectati primatus in Eccleſiam, quaſi primatum Romani Pontifices aliunde, quam à Chriſto accepiſſent. *in lib. de Conc.*

CLXXIX. Nam ne totam huc diſputationem de Primatu Romano arceſſamus, ex hac ipſa Victoriana hiſtoria perſpicue demonſtrari poteſt, Victorem tum pro Principe vel Monarcha Eccleſiæ habitum fuiſſe, idque tantum Irenæo, alijſque quibuſdam diſplicuiſſe, quòd autoritate ſua abuti videretur, hoc eſt, ſine cauſa graui & iuſta à corpore Chriſti tot reſecaret Eccleſias.

CLXXX. Nemo enim in tanto Præſulum numero, qui vel partes Victorianas in ſynodis tuebantur, vel Aſiaticis fauebant Eccleſijs, fuit, qui ei autoritatem anathemate coërcendi immorigeras Eccleſias detraxerit. Nemo communione eum Eccleſiaſtica interdixit; nemo decretum eius reſcindere, vel abrogare auſus fuit. Nemo deniq; quicquam ei mandauit, vel prohibuit: ſed omnes, vt inferiores ſuperiorem rogarunt & obſecrarunt, ne per ſeueritatem nimiam autoritate ſua abuteretur. Et exitus ſatis demonſtrauit, quantum pondus eius decretum apud omnes habuerit: ſcilicet, vt deinceps ferè omnes Eccleſiæ morem complexæ ſint Romanum, & hæretici habiti, qui pertinaciter Aſianis adhæſiſſent.

CLXXXI. *At hoſtili*, inquit, *animo, iniuſtè & Tyrannicè egit.* Cur quæſo iniuſtè & tyrannicè? Num quid temere, omni ordine iuris prætermiſſo, nullo quæſito conſilio, mera animi impotentia tam duram ſententiam protulit? Atqui Euſebius, vnde illi omnia ſua in Victorem ſpicula depromunt, clarè ſcribit non Romæ tantum, ſed toto ferè orbe innumeras de controuerſia Paſchatis ſynodos tum coactas fuiſſe, omneſq; vno conſenſu, iudicioq; ritum Aſiaticorum exploſiſſe, Romanum approbauiſſe. Cur igitur, inquam, iniuſtè egit? *Quia*, inquit, *damnauit ob rem leuiuſculam & adiaphoram, nam liberum erat XIIII. Luna, vel alio ſequenti die celebrare.* 2. *quia ante Victoris tempora nulla erant de*

H *hoc ritu*

exercitu certamina. 3. *quia Polycrates Episcopus Ephesinus literis ad Victorem datis prolixè demonstrat ritum illum Asiaticum ab Apostolis Domini Philippo & Ioanne Euangelista traditione continua acceptum fuisse. Irenæus verò cum Galliæ Episcopis asperè & grauissimè eum obiurgauit, quod tot, tantasq; Ecclesias Dei, quæ morem sibi antiquitus traditum custodirent, resecasset.* Hæc ille.

CLXXXII. Verum quemadmodum liber, & adiaphorus non fuerit etiam ante Victoris tempora ritus Paschatis copiose ostendimus. Quod autem iste hunc ritum audet facere, *leuiusculum*, vel vt loquitur Lutherus, *leuiculum nec tanti momenti*, id verò leuissimum & absurdissimum est.

In cap. 4. ad Gal.

CLXXXIII. Si enim leuiculus erat, cur Apostolica constitutione, loco & ordine mouetur, qui more Iudaico hoc festum celebrauerit? Cur Pius I. alijq; Pontifices mandatum de eo ediderunt? cur pro hac leui quæstione seculo Victoris toto orbe tot coactæ sunt synodi? cur Polycrates, alijque Asiæ Episcopi ritum suum toto pene orbe reclamante tam tenaciter retinuerunt? Cur Oecumenicus totius Ecclesiæ conuentus apud Nicæam est habitus? Cur Patres in eo concilio, ipseque Cæsar Constantinus tam grauem fecerunt Paschatis quæstionem? Quid opus erat, vt Patres Alexandrinis, Constantinus verò omnibus congratularetur Ecclesijs, quod omnes ritum Romanorum secuti fuerint? Quid necesse erat deinceps tam anxios esse quosdam Pontifices Innocentium, Leonem, Ambrosium, ne error aliquis in celebrando Paschate obreperet? Cur error, qui tempore Zozymi Papæ obrepserat, diuino miraculo, vt refert Paschasinus in epist. 63. ad Leonem Magnum, est correctus? Cur tam grauiter hactenus questi sunt Astrologi, quod Pascha longius, vitio veteris Calendarij à suis sedibus recesserit?

Eus. l. 3. de vita Const. c. 5. 16. 17. 18. Theod. l. 1. c. 10.

CLXXXIIII. Apostolorum sæculo, circumcisio carnis, Iudaicus ciborum delectus, alijq; ritus legis Mosaicæ morte & passione Christi antiquati, res erant leuiculæ & adiaphoræ: & tamen cum in delectu vnus è magnis Apostolis Petrus, imprudenti suo exemplo gentes cogeret Iudaizare, non dubitauit Paulus ei in faciem resistere, quia reprehensibilis erat. Cum verò

Gal. 2.

Gal.

Galatæ non exemplo tantum, sed doctrina etiam peruersa circumcisionem facere cepissent necessariam ad iustitiam & salutem æternam consequendam, grauissimè & asperrimè eos corripuit. O, inquit, *Insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, in vobis Crucifixus?* Gal. 3. Et autoritate Apostolica sententiam pronuntiauit. *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Gal. 5. Et autores noui dogmatis pseudoapostolos non à corpore tantum Ecclesiæ abscindi, sed etiam è medio prorsus tolli optauit. *Vtinam*, inquit, *& abscindantur, qui vos conturbant.* Quin & anathema non modo in homines, verum etiam in Angelos, si suæ doctrinæ repugnarent, initio huius epistolæ, vel bullæ Apostolicæ, fulminare non reformidauit. Gal. 1. *Sed licet nos*, inquit, *aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.* Qua formula loquendi & priorem ad Corinthios, in qua multa de ritibus huiusmodi disputauerat, clausit, dicens. *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maranatha.*

CLXXXV. Similiter fuerit sanè aliquando res leuiuscula & adiaphora, ritus Christiani Paschatis, quæ tamen semper grauissima fuit & sanctissima: sed postquam Asiatici ritum suũ decima quarta luna cum Iudæis Pascha agendi fecerunt traditione Apostolica, legeq; Diuina necessarium, atq; decreto Pontificio contempto, ac consuetudine præcipuarum Ecclesiarũ contraria deserta etiam in apertam hæresin degenerauerunt, (quæ in ipsam quoq; vrbem Romam autore Blasto hæretico, vt habet Tertullianus, in l. de Præscr. iam penetrauerat.) Hoc, inquam, tam graui vulnere accepto, nõ fuit profectò diutius expectandum Ecclesiæ totius medico Victori, sed mox spirituali Excomunicationis gladio membrũ putridum à corpore Ecclesiæ resecandum erat, ne perniciosum dogma, quod illi nomine Apostolicæ traditionis fecerant plausibile, ad plures serperet Ecclesias.

CLXXXVI. Quod autem Asiani nimio zelo patrij ritus defendendi in errorem hunc deflexerint, ex veterum scriptis planum est. Eus. l. 5. c. 25. Nam Patres quotquot olim Hæreticorũ catalogos texuerunt, Theodoretus, Epiphanius, Philastrius, Augustinus,

Damaſcenus, decimaquarta Luna celebrantes Paſcha, quos G ci Teſſareſcædecatitas, Latini Quartadecimanos appellaru inter hæreticos ſub Victoris tempora numerarunt. Epiphani certè refert Quartadecimanos Iudaicis fabulis addictos allega

Epip. hær. 50. pro ſe illud legis. *Maledictus, qui non fecerit Paſcha decimaquai die menſis.* Athanaſius quoq; in epiſtola de ſynodis Arimini Seleuciæ ſcribit Syros & Meſopotamianos claudicaſſe in feſt Paſchatis cum Iudæis celebrando. Theodoretus verò ait Quai tadecimanos tempore Nicænæ ſynodi depoſito errore ſuo i Eccleſiam reuertiſſe. Synodi quoque Palæſtinæ Epiſcopi cun conſtituiſſent die Dominico ſecundum traditionem Apoſtoli

Euſ. lib. 5. c. 25. cam, teſte Euſebio, Paſcha celebrandum eſſe, hæc verba decreto ſuo adiunxerunt. *Epiſtolæ noſtræ exemplaria facilè ad quamq; Eccleſiam mittantur, ne culpa illorum, qui temere & inconſultè ſuas ipſorum animas erroris prauitate inficiunt, in nos vllo modo transferatur.*

Euſeb. lib. 5. hiſt. c. 23. CLXXXVII. Imo ipſe Polycrates apud Euſebium eundem, in ea epiſtola, quàm ad Victorem & Eccleſiam Romanam ſcripſit, non obſcurè ſignificat ſe in eadem erroris prauitate fuiſſe his verbis. *Iſti omnes*, inquit, *diem Paſchatis decimoquarto die Lunæ ex Euangelij præſcripto obſeruarunt nihil ab eo inſtituto ac more planè digreſſi, ſed ſecundum regulam & normam fidei eam aſſiduè tenuerunt. Atque ipſe etiam Polycrates, qui inter hos omnes poſtremas ſanè fero, ex maiorum meorum & cognatorum traditione, quorum libenter inſiſto veſtigijs, illud ipſum perpetuo obſeruo.* Et rurſum. *His quæ nobis ad terrorem obijciuntur minimè conturbor. Mei enim maiores dixerunt, quia magis Deo, quàm hominibus obtemperandum.* Sic ille.

CLXXXVIII. Hunc igitur errorem Quartadecimanorum, quoniam in Gallijs longiſſime ab Aſia remotis B. Irenæus ignorauit, vt eius epiſtola oſtendit, mirum videri non debet iuſtò aſperiorem ei viſam fuiſſe Victoris ſanctionem. Neque Irenæus in literis ex perſona fratrum in Gallia ad Victorem datis, aſperè & grauiſsimè, vti clamat Heerbrandus, ſed memor nominis ſui,

Euſeb. lib. 5. hiſt. c. 24. (εἰρηναῖος enim pacis ſtudioſum ſignificat,) & Pontificiæ dignitatis, appoſitè & conuenienter, teſte Euſebio, eum admonuit, vt pacis, concordiæ & caritatis diligentem rationem haberet.

CLXXXIX. Quod attinet ad traditionem à B. Ioanne

Euan-

Euangelista & Philippo, qui vnus fuit è septem diaconis, acceptam, quàm Polycrates cum suis Episcopis Quartadecimanis Victori obiecit, ea certiore, firmioreq; traditione à B. Petro & Paulo Apostolorum Principibus profecta, canoneq; Apostolico, & Diuina Hermæ visione confirmata refellitur. Certè Theodoretus disertè scribit eam, (vt alia multa difficillimis illis temporibus) ex Apocryphis quibusdam Actis natam & propagatam fuisse. Quanquam si dicamus eam pariter cum ritibus quibusdam Iudaicis tandem abrogandis permansisse, non longè à veritate aberrabimus; non quo aut B. Ioannes, aut Philippus pro Christiano ritu eum morem Pascha celebrandi habuerint, sed quod exemplo Pauli, qui Iudæis factus tanquam Iudæus, & Timotheum circuncidit, & in Cenchris caput totondit, cærimoniam illam retinendam censuerit, donec, vt loquitur Augustinus, synagoga cum honore sepeliretur. Ita enim olim in synodo Anglicana, teste Beda, Agilbertus Episcopus per Vvilfridum presbyterum Scotis, qui cum Iudæis 14. Luna Pascha celebrabant, eiusq; ritus autorem esse B. Ioannem Euangelistam dictitabant, respondit.

Theod. hær. fab. lib. 3. c. vlt

1. Cor. 9.

Act. 16. 21

Beda. lib. 3. hist. Angl. c. 25.

CXC. Quantum opinor, sic depulsa est Disputatoris calumnia, nihil vt amplius veritati oblatrare posit. Veniamus nunc ad argumenta minorum gentium, quæ tametsi ex his quæ hactenus dicta sunt, facilè dissolui posint, tamen quia forte apud alumnos Virtembergicos, quibus Heerbrandus præest, pondus aliquod obtinuerunt, prætermittenda non sunt.

VI. PROBATIO TVBING.

CXCI. *Instituere & ordinare*, inquit, *adiaphora non penes vnum est Episcopum, Pastorem, vel Doctorem Ecclesiæ, sed penes totam Ecclesiam, quæ mater est familias, & ius hoc habet. Sicut & Apostolus non solus excommunicare vult Corinthium incæstuosum, sed cum Ecclesia, non igitur potuit solus Episcopus Romanus corrigendum, publicandumq; suscipere Calendarium.*

the. 38. 41. 92. 94.

1. Cor. 5.

CXCII. Respondeo hac argumentatione, etiamsi sanæ & sacræ Theologiæ consentanea esset, non euerti factum Romani Pontificis, nam & tota Ecclesia in synodo Oecumenica Triden-

tina, vt est in epistola Gregorij XIII. perficiendam, publica
damq; correctionem Calendarij Romano Pontifici reliquit: I
ipse Pontifex non ante eam publicauit, quam Christianorū Prin
cipum, celeberrimarumq; vniuersitatum sententias consentien
tes cognouisset, virosq; harum rerum peritissimos toto orbe cō
quisitos ad eam lucubrandam adhibuisset, *vt res*, inquit, *quæ omnium communis est, communi etiam omnium consilio perficeretur.*

CXCIII. Hoc si factum non esset, tamen argumentatio allata nihil efficeret contra Episcopum Episcoporum. Nam dicere pænes totam tantum Ecclesiam, tanquam matremfamilias esse, instituere & ordinare adiaphora, & non penes Pontificem Romanum Ecclesiæ patremfamilias, vicarium Christi, successorem Petri Apostoli & Pauli, è diametro repugnat clarissimæ promissioni Christi, qui non tantum Petro dedit potestatem adiaphora instituēdi, quod in eius functione minimū est, sed porrectis clauibus, omnem potestatem domus suæ, hoc est, Ecclesiæ reliquit.

CXCIIII. Deinde repugnat facto Apostoli, qui in epistola priore ad Corinthios, cap. 14. & alibi, multa ipse adiaphora, non habito Ecclesiarum conuentu instituit; sicut sine Ecclesia Elymam Magum cæcitate percussit, Hymenæum & Alexandrum circa fidem naufragantes Satanæ tradidit, Corinthijs in virga se venturum minatur, nec parciturum; & cum absens corpore esset, non rogatis Corinthiorum sententijs, vt bonus Pastor scabiosam ouem à caulis, ita incæstuosum à cætu fidelium separauit. *Iam iudicaui*, inquit, *vt præsens, qui sic operatus est, &c. tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis.* Quod autem addit (*congregatis vobis & meo spiritu*) vnde iste probat Paulum nō solum, sed cum Ecclesia excommunicasse incæstuosum, nihil aliud significat, quam publicam fuisse excommunicationem Pauli, cuius testes & approbatores fuerint Corinthij, *vt in ore duorum, vel trium testium,* inquit hoc loco Haymo, *staret omne verbum.* Et in Ecclesia Romana, qui nominatim excommunicantur, publicè coram clero & populo Christiano excommunicari solent.

1. *Tim.* 1.
1. *Cor.* 4. 5.
2. *Cor.* 13.

Repugnat

CXCV. Repugnat quoque totius orthodoxæ antiquitatis exemplis; in qua constat, non modo rituum institutionem, sed quæstionum grauissimarum definitiones tandem ad sedem Apostolicam, tanquam ad supremam veritatis iudicem relatas esse. Polycarpus B. Ioannis Euangelistæ discipulus teste Eusebio & Irenæo Romam venit, vt cum Aniceto Pontifice Romano de quæstione Paschatis cōferret. Irenæus verò Valentinianos hæreticos autoritate Romanæ Ecclesiæ repressit: *ad quam*, inquit, *propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, id est, eos, qui sunt vndique fideles.* B. Cyprianus à Nouatianis vexatus consilium & auxilium Cornelij Papæ implorauit, qui & schisma à Nouatianis excitatum sustulit. Athanasius ab Arianis pulsus ad Iulium, Chrysostomus ab Aegyptijs depositus ad Innocentium, Theodoretus sede exactus ab Antiocheno Patriarcha ad B. Leonem Papam confugit. Hieronymus, vt in Oriente tutus ab hæreticorum fraudibus esset, à Damaso vel dicendarum vel tacendarum hypostaseôn petit sententiam & autoritatem. Augustinus disputans contra Iulianum Pelagianum contendit sufficere ei debere solam Romanæ Ecclesiæ sententiam.

Eus. l. 4. c. 13. Iren. l. 3. c. 3. Cyp. l. 1. ep. 3. Trip. l. 4. c. 15. Chry. epist. 1. 2. ad Innoc. Theod. ep. ad Leonem. Hieron. ep. ad Damasum. Aug. l. 1. contra Iulia.

CXCVI. Repugnat denique manifestæ & rationi & experientiæ nostrorum & superiorum temporum. Videmus enim nullum esse aliquando contentionum & controuersiarum finem, (quod suo malo nunc Lutherani & Caluiniani miserandum in modum deplorant) nisi ad supremum iudicem & arbitrum tanquam ducem & magistrum veritatis referantur.

CXCVII. Nam quod illi semper appellant ad legitimam placidamque synodum, non afferet vel exitum, vel conciliationem contrarijs factionum pugnantium opinionibus: sed maiores potius, vt euentus hactenus docuit, gignet discordias & seditiones, nisi tandem ad ducem & magistrum totius controuersiæ se applicauerint, eum, qui promissionem fidei nunquam interituræ in Petro accepit.

CXCVIII. Pelagiana hæresis ætate Augustini multorum prouincialium comitiorum decretis damnata erat, & tamen *Aug. ep. 94.*

fideliſ.

fidelissimus vetustatis (vti eum vocat Caluinus) interpres Augustinus, non putauit eam euidenter conuictam esse, nisi calculo quoq; Romani Pontificis repudiaretur.

CXCIX. Ante Pelagianos verò, cum olim maximæ & quamplurimæ synodi, ipseque Cæsar pro Arianis magno furore & successu pugnauisset, tamen paucæ Occidentis Ecclesiæ, quæ sedi Apostolicæ adhærescebant, tandem victoriam exciso Arianismo obtinuerunt.

CC. Et vt ad exemplum nostrum redeamus; cum sæculo Victoriano synodi Asiaticæ contenderent more Iudaico esse celebrandum Pascha, Romana verò cum Italicis modum illum tolerandum non esse: Gallicanæ autem existimarent non quidem sequendum, sed tolerandum; quis quæso tantæ controuersiæ, difficilimis illis temporibus, quibus generale concilium cogi nondum poterat, exitus aliquando fuisset, nisi vnum ducem Pontificem Romanum omnes Ecclesiæ secutæ fuissent? Certè & Concilij Nicæni Patres, vt ipsi in epistola ad Alexandrinam Ecclesiam testantur, Romanum morem in decreto Paschatis secuti fuerunt.

VII. PROBATIO TVBINGENSIS.

the. 64.65.66 & seqq. multis. CCI. Verum pergit Tubingensis frustra bacchari in Christi vicarium, vt eius Calendarium è manibus suorum excutiat. *Papa*, inquit, *Romanus est iuratus Ecclesiæ Christi hostis, ipsissimusq; Antichristus: Calendarium igitur eius nequaquam à nobis est suscipiendum, ne lupum pro Pastore agnoscere videamur.* Probat antecedens,
Dan. 7. Primò, *quia sacra scriptura de Antichristo testatur, quod putabit se posse mutare tempora, at correctione Calendarij à Gregorio XIII. mutata sunt tempora, ergo &c. II. quia olim & nunc quoque à multis Spiritu Sancto ornatis, & doctrina multiplici præstantibus viris Antichristianismi est conuictus. III. quia publico totius imperij Romani decreto per Ludouicum Cæsarem, Antichristus, teste Ioanne Auentino, est declaratus. IIII. quia potestatem & Iurisdictionem, quam quærit amissam in Germania, dolo malo, imposturis, vi acquisiuit, imo rapuit, Cæsaricida Phoca, qui potestatem tribuendi non habuit, eam conferente.*

CCII. In hac non argumentatione, sed cauillatione Disputator noster proram & puppim thesium suarum constituisse videtur

detur

detur(vnum enim è primis principijs nouæ istius Theologiæ Lutheranæ & Caluinianæ est, Papam esse Antichristum) Quam multis more suo conuitiorum & maledictorum sordibus extra propositum propter Friburgensem quendam Theologum Hagerum compleuit; qui illum suis vel orationibus, vel disputationibus acrius pupugisse videtur. Sed ille telam, quam cum Tubingensi texere cœpit, proculdubio pertexere, si vitam ei Dominus concesserit, non reformidabit. Nos quoniam totam istam Camarinam hic cōmouere nolumus, ne extra chorum, vt aiunt, saltemus, punctim singulas probationes, quasi obelo confodiemus.

CCIII. Primam quidem: quia locus Danielis de mutatione vel abrogatione insignium quorundam temporum, hoc est, festorum Christianorum propriè intelligitur, quibus memoria Passionis, Resurrectionis, ascensionis, aliaque mysteria anniuersario cultu renouantur. Quæ festa Calendarij correctione Pontifex Romanus non mutauit, nec abrogauit: sed potius mutarunt & abrogarunt ea Lutherani & Caluiniani veri præcursores Antichristi. Hieronymus certè & Theodoretus locum exposuerunt de summa Antichristi superbia, qua leges Dei, cæremonias, totamque Rempublicam funditus euertere conabitur.

CCIV. Nec potest Calendarij correctio ad illam Antichristi notam pertinere; nisi faciamus & Nicænos Patres, qui quoque tempora ipsorum opinione correxerunt, & Imperatorem ordinesque Imperij Antichristianos, quandoquidem hic Disputator optat, vt ab Imperio Calendarium corrigatur & publicetur.

CCV. Alteram verò, quia post Lutherum, Brentium, Illyricum, Heerbrandum, aliosque nouatores è nostris multi Spiritu sancto inspirati, & doctrina præstantes Doctores euicerunt sacrarum literarum Patrumque testimonijs, Romanum Pontificem non posse dici Antichristum. Legat Iacobus, cum ocio abundat, librum octauum de visibili Monarchia doctissimi Nicolai Sanderi; vel si thesibus magis delectatur, disputationem Moguntinam de nouo & falso Antichristo nuper editam. Quæ duo scripta nemo Pseudoeuangelicorum hactenus refutauit.

CCVI. Tertia probatio plena rimarum eſt. Neque enim tan apud nos eſt Auentinus ſcriptor huius ſeculi, Pontificum Romanorum hoſtis, ſemihæreticus, vt fidem eius fabulæ mereantur. Tubingenſi Profeſsori citãdus potius erat Tubingẽſis præpoſitus Ioannes Nauclerus, Auentino multo antiquior, & à mendacijs alienior, qui hiſtoriã Ioannis XXII. & Ludouici Bauari copioſe eſt proſecutus, & huius fabulæ non commeminit.

CCVII. Præterea, ſi daremus à Cæſare Ioannem Pontificẽ declaratum eſſe Antichriſtum, vel iure declarari potuiſſe, quorum vtrũq; falſum eſt: tamen inde non efficitur omnes Romanos Pontifices fuiſſe Antichriſtos; niſi velis ex eo quod in Apoſtolorum numero Iudas fuit proditor, Apoſtolos reliquos facere proditores: & ex eo quod in Virtenbergenſi Ducatu eſt forte Prædicans aliquis fur & latro, omnes Prædicantes Tubingenſes facere fures & latrones.

CCVIII. Si quid à Pontificibus aliquando Romanis non ἀναμάρτητως, ſi quid ab Ioanne XXII. peccatum fuit, vt ab homine: ſi aſperior, ſi iniquior fuit Cæſarianis partibus, non probamus, ſed vti conuenit, ne Chami ſimus, excuſamus. At Chriſtianum fuiſſe, Catholicum fuiſſe, nullum errorem publico decreto, vti Pontifices ſolent, defendiſſe, certum; quicquid Caluinus mendaciſsimè, alijq́ue nugentur. Pro Antichriſto autem illum à Ludouico Cæſare, vel imperio habitum non fuiſſe, inde clariſsimè probatur, quod maior Imperij pars ei poſtea imperium abrogarit. Ad hæc quod ipſe per ſe & alios apud Ioannem eiuſque ſucceſſores ſæpiſsimè egerit teſte Nauclero, vt ab excõmunicatione abſolueretur. Quis autem quærat abſolutionem ab Antichriſto?

CCIX. Quod ergo Ludouicus tanta animi impotentia, Oreſte vel Athamante furioſior, conductis quoque ſtipendio in hanc rem temerarijs hominibus, Theologis, Poetis, Iureconſultis, rabulis, ciuibus Romanis Pontificijs hoſtibus (nam Roma deſerta tum Pontifices Auinione degebant in Gallijs) tanquam in hæreticum & Antichriſti ante ambulonẽ ſit bacchatus, mirum videri non debet; vtpote qui paulò ante cum venerabili inceptore Occam, alijſque aſſeclis à Ioanne Papa fuerat publico anathema-

teà

te à Christi corpore abscissus, & Sathanæ traditus, vt spiritus eius saluus fieret in die Domini.

CCX. Totam historiam Ludouici breuiter fide dignus scriptor Trithemius, comprehendit his verbis; *Ludouicus,* inquit, *Imperator vxorem potentis cuiusdam viri abstulit, quocum annis vndecim matrimonialiter vixerat, eamq; Ottoni filio suo copulauit, vt eo pacto Ducatū Carinthiæ & Tirolis ad mulierem iure hæreditario deuolutū obtineret. Ioannes autem Papa commotus tanta iniquitate, cum nec monendo nec comminando quicquam proficeret, communionem Ecclesiæ Ludouico interdixit. Ludouicus autem anno Domini 1327. Romam profectus, ibiq; à simplici quodam Episcopo, reclamante Papa coronatus, in concilio suorum Ioannem XXII. temeraria præsumptione deposuit, eundemque hæreticum & schismaticum denunciari cum fecisset, Petrum Corbarium ordinis Minorum Papam constituit. Qui post discessum Imperatoris in Germaniam Pisis relictus, & à Bonifacio Comite Pisano Auinionem ad Ioannem Papam adductus, errore prius recognito, in carcere vitam cum morte commutauit. Persistente autem Ludouico in contumacia sua, ex Clementis Papæ VI. mandato maior Principum pars elegit Carolum 4. qui etiam post Ludouici mortem, quæ breui subsecuta est, pacificè imperauit solus: Licet factio Ludouici primum Edouardum Angliæ Regem, deinde Marchionem Misnensem ac deniq; Guntherum comitem de Swartzburg ei opponere conata esset.* Deus igitur auctor fuit, vt Pontificis Romani sententia vinceret. In Chron.

CCXI. Postrema Probatio, purum putum, vt latinè dicam, mendaciū est: nam longè ante Phocæ Imperatoris tempora etiā ipsi Imperatores Pontificem, vel Ecclesiam Romanam pro capite & principe omnium Ecclesiarum habuerunt. Martianus enim in epistola ad Leonem Papam sic scripsit. *Tuam sanctitatem principatum in Episcopatu fidei obtinentem inuitamus atq; rogamus ad celebrandam synodum te autore.* Et Valentinianus III. in epist. ad Theodosium iuniorem, *Romanæ,* inquit, *ciuitatis Episcopo, principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit.* Iustinianus quoque constit. Nouell. 131. *summi,* inquit, *Pontificatus apicē apud Romanū Pontificem esse, nemo est, qui dubitet.* Constantinus etiā IIII. in scripto ad synodū Romanā, Agathonē Papam *vocat vniuersalem principē Pastorum.* In

 conci-

concilio vero Calcedonensi actione 16. Omnium Episcoporu vox est, *Omnem primatum & honorem pracipuum Romano Episcopo deberi*,

CCXII. Quod autem Phocas noua constitutione declarauerit & constituerit Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum, id rogatu Bonifacij Papæ factum est, eo quod Patriarcha Constantinopolitanus per summam arrogantiam hanc honoris prærogatiuam Romanæ Ecclesiæ detrahere sit conatus; cum se vniuersalem Patriarcham appellare non dubitauit. Sic enim scribit Paulus Diaconus rerum humanarum lib. 8. *Phocas rogante Papa Bonifacio statuit sedem Romanæ Ecclesiæ, vt caput esset omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constãtinopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribebat.*

CCXIII. Superest vltima eaque ineptissima Doctoris Tubingensis cauillatio ex locis communibus Rhetorum, Necessario & vtili deprompta. *Nec enim tanta est*, inquit, *Calendarij vel necessitas vel vtilitas, vt propter istud totus orbis Christianus sit turbandus.* *Th. 171. & seq.*

CCXIV. Quæ quæso propter Calendarium Gregorianum in toto orbe fuit turbatio? Nunquid potius totus orbis summa consensione & silentio illud recepit, exceptis pauculis protestantium in Germania Ecclesijs? aut totus orbis, finibus Tubingæ, alijsque pauculis Germaniæ vrbibus continetur? *Sed* inquit, *experientia testatur, & res loquitur, confusionem horrendam, dissipationem ordinis in imperio, euersionem pacis, bella intestina ex isto Calendario consecuta esse*, Cuius verò culpa illa consecuta sunt, nisi paucorum Prædicantium clamoribus, & auxiliarijs Tubingensium scriptis, qui suis potius cupiditatibus, animiq; perturbationibus, quam omnium nationum pulcherrimæ consensioni obsequi voluerunt? *Th. 184. 185.*

CCXV. At, inquit, *ob rem tam parum necessariam non debuit dari occasio turbationibus. Potissima enim correcti Calendarij causa est, vt Paschatis dies eo celebretur tempore, quo à Concilio Nicæno est decretum. Sed nec vera, nec perfecta est illa Paschatis correctio.* O incredibilem sapientiam Tubingensium, qui constitutionem nobis veriorem, perfectioremq; Paschatis breui in lucẽ ꝓducturi sunt quam 318. doctissimi, Sanctissimiq; Patres in Nicæna synodo confecerint.

CCXVI. At cur non est perfecta? *Quia non respondet*, inquit,

illi

illi Paschati, quod Christus cum suis celebrauit Apostolis, sed diebus nihilominus differt aliquot. Quid audio? Ergòne cum hæreticis quartadecimanis contra traditionem Apostolicam, contra decretum Nicænum, contra totius orbis consuetudinem, celebrandum est Pascha XIIII. Luna cum Iudæis? Christus enim ritu Iudaico Pascha suum celebrauit.

CCXVII. Si autem cum Iudæis agendum Pascha est, secundum veriorem, perfectioremque Herbrandinam correctionem cur nemo Lutheranorum illam correctionem hactenus secutus est? Cur nullus Mathematicorum siue Catholicorum, siue Lutheranorum hanc nouam corrigendi formulam præscripsit?

CCXVIII. Cur sui immemor, nesciens de quibus affirmet vel loquatur, instar Protei statim mutat sententiam, dum subiungit, *non esse opus vt exacte respondeat Paschati à Christo celebrato, quia Mosaicum est, ideoque nihil ad nos: quod* non est aliud, quàm dicere, non esse opus, vt sit perfecta & vera correctio. Vtq; magis se implicet, rursum addit, *Imò Matth. 15. planè habetur contrarium, frustra inquit saluator, colunt me docentes doctrinas hominum.* Bella sanè oratio, quæ non alio spectat, quàm vt nouus iste Aërius vel Origenista nobis persuadeat, non esse neque necessarium, neque vtile, vt vllum tandem Pascha celebremus.

CCXIX. Certè nullo grauiore argumento necessitatē, vtilitatemque correcti Calendarij ostendimus, quam quòd inde ab Apostolorum temporibus, Pontificibus Maximis, Prouincialibus synodis, totius orbis concilio, optimo Imperatori Constantino hæc cura & solicitudo incubuit, vt celebrationi Paschæ is dies deputaretur, qui nunquam in Pascha Iudæorum, hoc est, in XIIII. Lunam, quo & Christus celebrauit, incideret. Satis enim magna erat necessitas sic diem illum constituere, ne cum Iudaizantibus colludere videremur: sicut magnam hic fingit Herbrandus necessitatem non recipiendi Calendarij à suis, *ne colludere videantur cum aduersarijs & hostibus: vnde periculum immineat ne tandem transfugæ ad nostra castra & signa transeant.* *the. 169.*

CCXX. Nunc verò alia necessitas corrigendi Calendarij accessit,

cėſsit, quia niſi tandem corrigatur, futurum eſt, vt alieniſsimis anni temporibus feſta celebrentur, ac reſurgentis quidem Christi feriæ in hyemem, Naſcentis verò in æſtatem, quod certiſsima apodixi demonſtrant Mathematici, transferantur.

CCXX. Sed quia pergit noſter Diſputator ineptiſsimè, perinde atque ſi nec à limine quidem ſalutaſſet Matheſin, perſuadere ſtipitibus errorem illum tantum *eſſe ſolœciſmum Aſtronomicum, qui nihil incommodi ex veteri tot ſeculorum vſitato Calendario ſiue in*
Th. 183. 167. *Repub. ſiue in commercijs negotiatorũ, ſiue in exercitijs publicorũ iudiciorũ attulerit, vel allaturus ſit, atq; ideo vetus Calendariũ non eſſe temerè mutandũ, ſed retinendũ*; aſſcribã, vt aliquis tandẽ reſpondẽdi ſit finis verba Doctiſsimi Aſtronomi Ioannis Stoeffleri Iuſtingenſis errorem veteris Calendarij grauiſsimè deplorantis, cui proculdubio, vt Profeſſori antè natum Lutheri Euangelium apud Tubingenſes celeberrimo, potiùs quam demonſtrationibus Mathematicis, Tubingenſis Profeſſor fidem accommodabit.

IOANNES STOEFLERVS IVSTINGENSIS IN *Calendario Romano propoſitione* XXXIIII.

FAciant igitur Chriſtianæ Reipublicæ ſummi principes, Beatiſsimus Pater & Pontifex Leo X. & ſacratiſsimus Cæſar Diuus Maximilianus ſecundum exemplum ſanctorum Patrum Nicænæ ſynodi ex numeroſa Theologorum & Mathematicorum, vitæ ſanctimonia, & omni moda eruditione conſpicuorum multitudine eligant viros harum rerum peritos, qui errores Romani Calendarij & celebrationis Paſchæ corrigant, & nouos Canones pro decima quarta Luna indaganda condant, aut

aut veteres renouent, atque reforment. Et est (me iudice) negotium accelerandum, festinandum, atque omni recrastinatione, aut perendinatione sublata definiendum. Nam errores in ætate Lunæ, in positione Aequinoctij apud nos & priscos, in celebratione Paschæ post vigesimam primam lunam & in mense immundis deputato, & alij, sunt heu heu ita manifesti & palpabiles, quod haudquaquam celari possint. Hi etiam errores indies crescunt, & futuris annis (horribile dictu) Pascha, quod in Luna Panselena, hoc est in Plenilunio celebrari debet, si non prouidebitur in, interlunio, hoc est in nouilunio celebrabitur: quare his erroribus obuiandum est, & possum cum poeta Nasone dicere. *Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur.* O res pudenda nimis, atque deflenda, nos Christianos omnibus ferme totius orbis sectis esse ludibrio, derisui ac contemptui; & hodie regij Prophetæ verbum rectè dicimus, Psalm. 78. *facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsanatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.* Iudæi quidem sanniones & hostes nostri infestissimi, compluribus erroribus oppleti, gaudent nos posse erroris argui, qui sane error non nostra negligentia, sed antecessorum maioribus fidei negocijs præoccupatorum latenter admissus. Itaque nostra tempestate Romanum Calendarium ob temporum vicissitudinem collapsum, & propemodum abolitum est. Quis excæcatorum Iudæorum sannas, opprobria, conuitia, irrisiones, contumelias, quibus nobis indies illudere moliuntur enarrare posset? Autumant nos sub figmento quodam asserere Christum passum, sepultum, ex mortuis resurrexisse, atque in cœlum ascendisse: Quod non tantum nostro tempore, sed etiam olim tempore Diui Alberti Magni Sueui Præsulis accidisse ex eius verbis facilè conijcies. Inquit enim, *Inimici fidei de hoc gloriantur, quia ex illo errore*, intellige de Paschæ obseruatiõe, *nos in alijs pariformiter errare subsumunt*. Quapropter cõfidenter cũ IoañeEckio Germano Theologo celeberrimo in libello de vera Paschæ celebratiõe asserere possũ, Quod sum̃us Põtifex nullo pacto auerti debet, quin

 tam

tam laudabile fidei orthodoxæ negotium pro ea qua valet in Ecclesia Dei authoritate; feruentissimo zelo exequatur: etsi nulla alia subesset, sufficeret Iudæorum insolentia nobis de tali errore insultantium. Ad alias nunc propero sectas, Manichæos, Mahumetanos, Turcas, Sultanos, nos subsannantes, cum audiunt errores nostros circa nostri Mesiæ resurrectionem, & eandem quotannis nullo certo canone, nullo definito tempore peragere. Toto profectò corpore & animo pertremisco, cum mecum cogito Manichæos Manetis Hæresiarchæ Bema, id est, diem, quo bithanatos infœlicissimam animam eiecit, quotannis stato die festissimè celebrare, Mahumetanos quoque Nigrites, Mauros, id est, Leuco æthiopes, Azanegos, hoc est, Arabes, Syros, & alios Mahumetis assequaces annuatim statuto & determinato die scelestissimi Mahumetis diem obitus magno apparatu obseruare. Turcas præterea Sultanos, Barbazinos, Serretos, & alios innumeros Idololatras constituto & certo tempore Cacodæmonibus, Idolis & statuis festa celebria peragere. At nos Christianos Pascha nostrũ sacratissimum vago & deuio quodam calculo celebrare, & vana opinione super huiusmodi celebritate fluctuare. Summopere igitur anniti debemus, vt Paschale sacrum iuxta Patrum decreta obseruetur; vt à commemoratis sannis, & calumnijs immunes esse posimus: quo facto reliquis nationibus, potissimum Iudæorum Pascha nostrum veritati innixum præualebit, eis formam & veritatem obseruationis huius præcepti manifestabit, & eorum errores arguet atque corriget.

CONIECTVRAE

nouæ Tobiæ Molleri Crimnicensis Astronomi de Anno Correctionis Calendarij proponuntur & exploduntur.

CCXXII Cum hucusque Disputatio hæc apologetica decurrisset, in manus incidit breuis quædam instructio de Calendario Gregoriano, vel reformato, hoc año à Tobia Mollero Astronomo germa-

germanice edita, quæ quamuis refutatione seria indigna sit, ne tamen fucum faceret imperitis, eadem fidelia dealbanda, vel potius denigranda videbatur: vt omnes intelligant quàm vanis & falsis coniecturis lucem reformati Calendarij Mataologi isti obscurare conentur.

CCXXIII. Primò itaq; contendit (vt breui comprehendam, quæ ad hunc locum pertinent) Vaticinium Danielis *de abominatione desolationis in templo,* pertinere ad Pontifices Romanos. Idq; prolixè & obscurè probat cum ex alijs vaticinij circumstantijs, tum imprimis ex illa, quod in cap. 7. ex quarto Romanorum regno asserat consurrecturum *regem potentiorem prioribus, qui putabit se posse mutare tempora & leges.* *Dan.* 9. *Matt.* 24.

CCXXIIII. Addit deinde, *cum manifestum sit Pontifices Romanos mutandorum temporum & legum sibi vsurpasse autoritatem: videndum esse, quando primum ceperint mutare tempora, quotque anni inter primam mutationem, & postremam hanc Gregorij XIII. intercesserint. Nam si tot*, inquit, *anni intercesserint ab inchoata abominatione desolationis, quot vaticinio Danielis, & B. Ioannis in Apocalypsi exprimuntur, dubitandum non est, Calendarij Gregoriani publicationem notam esse reuelati Antichristi, breuiq; mundi finem consecuturum.* *Apoc.* 11.

CCXXV. Quod autem reuera eo anno, quo Calendarium reformatum promulgatum est, numerus annorum in Apocalypsi prædictus completus fuerit, ita probat. *Concilium Nicænum, in quo Romani Pontifices primum mutarunt tempora & leges, & diem Paschæ in alium diem, quàm Deus mandarat, transtulerunt, celebratum est anno à partu Virginis, 323. Quibus annis si alios 1260. de quibus vaticinatus est, B. Ioannes in Apocalypsi, addideris, efficies annum à nato Christo 1583. eum, quo Gregorius rursum mutauit tempora & Calendarium nouum diuulgauit. Vnde sequitur Calendarium illud manifestam esse notam abominationis & Antichristi.*

CCXXVI. Si dicas in Daniele numerum esse maiorem, videlicet, 1290 annorum. Respondet *numero B. Ioannis initium secundæ Abominationis, Danielis verò finem & exitum significari, qui vsque ad annum 1606. &c. se extendat.*

CCXXVI. Vt verò frigidas has coniecturas mendaciunculis quoque exornet, addit *sub annum à Christo nato 316. Sylue-*

K *strum*

strum à Constantino Cæsare primum Papam constitutum esse, & vt fertur, ciuitate Romana ab eodem donatum. Vocem autem hanc mox de cœlo auditam. Hodie abominatio in Ecclesiam inuecta est. Hæc haberi in decreto Pontificio, & multis chronicis.

CCXXVIII. Denique vt dignum patella sit operculum, hoc est, totius Molleranæ ratiocinationis finis respondeat cum principio, hortatur *Papam Romanum, vt decretum de Calendario reformato quamprimum rescindat, si saluus esse velit, & Pascha in diem diuina lege semel constitutum reponat, eo quod fas non sit à diuinis recedere mandatis, vel mutare tempora & leges, nisi locis suis, in quibus ea Deus constituit, restituantur. Ac proinde non immeritò à toto Romano imperio summo studio & diligentia hanc rem considerandam & perpendendam esse.*

RESPONSIO.

CCXXIX. Quid obsecro est scripturas ad sui perditionem deprauare? quid totius Antiquitatis ignorare historias? quid hospitem agere in Theologia? quid gnauiter impudentem esse, si hoc non est? cum in tota hac ratiocinatione, Prognostica potius, quam Theologica, vt perspicuè dicam, tot sint errata, quot verba. Ego præcipua tantum commemorabo.

CCXXX. PRIMVM ERRATVM est in fundamento Molleranæ supputationis, *cum* ait *in Imperio Romano primum mutata esse tempora, tempore Concilij Nicæni.* Nam ex Imperatoribus Romanis annum primus emendauit C. Iulius Cæsar. Ex Pontificibus verò Romanis, multo ante Concilij Nicæni tempora, si quis alius, tempora mutauit PIVS I. qui decretum edidit, vt per vniuersum orbem Pascha die Dominico post XIIII. Lunam Æquinoctij Verni celebraretur: aut potius mutarunt Principes Apostolorum Petrus & Paulus, quorum ille traditionem in edendo decreto est secutus.

CCXXXI. SECVNDVM ERRATVM est, quod ait, *in Concilio Nicæno mutata esse tempora vel correctum Calendarium,* cum tantum in eo traditio Apostolica, decreta Romanorum Pontificium Pij & Victoris, & consuetudo totius pene orbis in celebrando Paschate sit confirmata, inductiq; pauci Asiatici populi,

qui

qui cum Iudæis Pascha agebant, vt morem trium maximarum orbis partium, quod & fecerunt, deinceps sequerentur.

CCXXXII. TERTIVM ERRATVM est, quod non aduertit se hoc commento suo non solum sanctissimum Romanum Pontificem Syluestrum, sed etiam coætaneos totius orbis Patres, quorum quidam etiam miraculis clari fuerunt, ipsumque adeo Magnum Constantinum Cæsarem in turpissimam vocare suspicionem, quasi iam tum in illis *mysterium iniquitatis operari* cœperit & cuniculos egerit *iniquus ille, homo peccati, & filius perditionis, cuius aduentus est secundum operationem Sathanæ*, vti Antichristum describit Apostolus. 2. Thes. 2.

CCXXXIII. QVARTVM ERRATVM est, *quod Pontificibus Romanis, quæ in Concilio Nicæno decreta fuerunt ab orbis totius Pontificibus, attribuit*: cum Pontifex Romanus SYLVESTER in eo Concilio non fuerit. Fuit quidem illud indictum confirmatumque eius calculo: sed et Legati eius Victor & Vincentius cum Osio Cordubensi primi Concilio subscripserunt, verum hæc omnia sectarij, inter quos est Mollerus, pro fabulis hactenus habuerunt.

CCXXXIIII. QVINTVM ERRATVM, vel potius mendacium est, quod fingit, *Syluestrum esse primum Papam Romanum, & constitutum quidem à Cæsare Constantino, cum Syluestrum* totis trecentis annis minimum 30. Pontifices antecesserint, quorum primus fuit Apostolorum Princeps B. Petrus, quem Papam constituit IESVS Christus. Neque Syluester beneficio Constantini ad Pontificatum peruenit: sed potius Constantinus à Syluestro iam tum Pontifice ad Christi Religionē est perductus. Constat enim ex probatis veterum historijs cœlesti viso monitum Constantinum, Papam Syluestrum in monte Soracte latitantem accersiuisse, vt sacro baptismi lauacro à lepra animi & corporis ab eo sanaretur. Quod autem ille clarissimum nomen B. Syluestri, donatione Constantini, & nescio quo commentitio Oraculo obscurare conatur, mera impudentia est, cum constet ab omnibus sectarijs, Donationem Constantini, licet immeritò, pro anilibus fabulis haberi: quare fabulosum est & illud

cœleste Oraculum, quod iste in anonymis & corrosis quibusdam chronicis inuenit, & Ioannes Nauclerus chronographus explodit. Vnde efficitur Thobiæ Astronomi coniecturas pro fundamento nihil habere, quam fabulas.

CCXXXV. SEXTVM ERRATVM est, quod supputationem suam de annis regni Antichristi certam facere conatur ex re incertissima, hoc est, *anno quo Synodus Nicæna celebrata est, quem vult esse à partu virginis* 323. cum pauci vel nulli eum annum assignent, plures vero vel 324. vel 325. vel 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 338. Illa communis ferè omnium sententia est, celebratam esse Paulino & Iuliano in Vrbe consulibus, quem annum in 325. à natali Christi incidisse ex Græcis Scriptoribus demonstrat Onuphrius Panuinius, & Iosephus Schaliger. Adde nec certum esse, num eo anno decretum editum fuerit de Paschate, cum Græci scribant Synodum illam in tres, eoque amplius annos extractam fuisse.

comm. in lib. 2. fast. Iosep. lib. 5. de emendat. temp. Niceph. lib. 8. c. 26.

CCXXXVI. SEPTIMVM ERRATVM est, quod ait *Calendarium Gregorianum promulgatum esse anno Domini* 1583. cum promulgatum & receptum fuerit anno 82. vt constat ex libellis de Calendario Gregoriano Romæ & Venetijs editis, & recentibus nostrorum & exterorum testimonijs, & Pontifex in Bulla annum 82. annum Correctionis appellari voluit.

CCXXXVII. OCTAVVM ERRATVM est, quod putat *Nicænos Patres, Romanosq; Pontifices contra Dei mandatũ transtulisse Pascha in diem Dominicum*: cum illi nihil aliud de Paschate sanxerint, quam quod ante ipsos à totius orbis Synodis, & ab ipsis adeò Apostolis constitutum erat & seruatum. Qui certè contra Diuinum mandatum peccare non potuerunt, cum nullum in noua lege Diuinum de Paschate celebrando decretum extet.

CCXXXVIII. Extat quidem mandatum in veteri scriptura de Paschate, sicut de circumcisione, alijsq; ritibus Iudaicis, sed illud accessione nouæ legis est abrogatum; sic vt Paulus grauissimè in eos non semel inuehatur, qui suo tempore Diuina lege putabant obseruationem Iudaicorum festorum esse necessariam. *Dies*, inquit, *obseruatis & menses, &c. Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut parte diei festi, &c. state, & nolite iterum iugo seruitutis contineri.*

Gal. 4. 5. Col. 2.

Itaq;

CCXXXIX. Itaque dum iste ineptus Theologus optat, vt imperium totum in posterum Pascha celebret secundum mandatum Diuinum, nihil aliud optat, quam vt omnes efficiamur Iudæi. Quoniam vt testificatur Apostolus, qui vnam legem facit necessariam, *debitorem se constituit vniuersæ legis faciendæ*. Et rursum dum hortatur Papam, vt Pascha in locum à Diuina lege constitutum restituat, ne in eum nota Antichristi conueniat, id potius agit, vt Papa fiat Antichristus, quia inter notas Antichristi veteres Patres posuerunt, quod sit futurus Iudæus, & ex tribu Dan originem habiturus, & populum ad Iudaizandum compulsurus.

Gal. 5. Amb. in 2. Thess. 2. Hiero. in c. 11. Dan. Greg. in registro l. 11. in l. 6. ep. 3.

CCXL. NONVM ERRATVM est, quod emendationem temporum vel Calendarij somniat ad eam mutationem temporum & legum, quæ inter notas Antichristi à Daniele ponitur, pertinere. Cum emendatio Calendarij res sit non Catholicorum tantum, sed sectariorum quoque iudicio, qui aliquid ex Astronomia degustarunt, optima, vtilissima, saluberrima. Mutatio verò temporum in vaticinio Danielis (sicut alia omnia, quæ filio Perditionis Antichristo ibidem attribuuntur, vt quod *sermones contra Excelsum loquetur*, quod *sanctos altissimi conteret*, quod *putabit se posse mutare (Dei) leges*, quod *iuge sacrificium auferet*, res est pessima, perniciosissima, pestilentissima.

CCXLII. DECIMVM ERRATVM est, quod, cum ex vaticinio Danielis probare cepisset Pontificem Romanum Gregorium XIII. propter mutationem temporum ab eo factam, esse Antichristum, & non succederet annorum supputatio in numero à Daniele assignato, mox delapsus est in Apocalypsin B. Ioannis, in qua cap. 11. forte inuenit 1260. dies; non considerans de quo vel quibus loquatur B. Ioannes: qui certè non de Antichristo, sed de duobus testibus vaticinatur tempore Antichristi venturis, qui induti saccis 1260. diebus prophetabunt, & tandem occidentur. Quod de Elia & Henoch veteres Patres acceperunt, & ab Ecclesia Catholica, vt loquitur Arethas, inuiolabiliter recipitur.

Hier. in Matt. Aug. lib. 9. de Gen. c. 4. 6. Greg. 9. moral c. 4. Dam. 4. c. 28. Lactan. lib. 2. instit. c. 17. Theod. in vlt. Mala. Arethas, Beda, Richar. in Apoc.

CCXLIII. VNDECIMVM ERRATVM est, quod cum numerum Danielis cum numero Apocalypsis conciliare

uiritur, id agat, vt errorem errori cumulet. Primum enim duas cogitur fingere abominationes desolationis & reuelationes Antichristi, alteram anno Christi 383. tempore B. Syluestri: alteram 1583. tempore Gregorij XIII. cum vaticinium Danielis vnius
2.Thes.2. tantum abominationis, & epistola D. Pauli, vnius reuelationis Antichristi meminerit Deinde nouum ipse prophetam agens, vaticinatur, quod oẽs Deus mortales celauit, breui fore mundi finem, sub annum scilicet Domini 1606. quo vaticinium Danielis de 1290. diebus cõpletur, & regnum Antichristi, *quem Dominus*
2.Thes.2. *illustratione*, vt habet Apostolus, *aduentus sui destruet*, terminabitur. Postremo vt in arte quoque sua Magister esse desinat, annos non rectè computauit. Nam si annis 323. qui concilium Nicænum antecesserunt, addas annos Danielis 1290. non 1606. sed 1613 annos effeceris. Vnde sequitur ab hoc anno 1585. adhuc 28 superesse annos vsque ad finem abominationis & Mundi.

CCXLIV. DVODECIMVM ERRATVM, vel potius crimen falsi est, quod, cum vterque, Daniel & B. Ioannes, dierum tantum, quibus dominabitur Antichristus, meminerint, Mollerus iste ingenium sequens Antichristi putet se *posse mutare tempora & leges*, hoc est, corrumpere veterem legem & nouam, & mirabili metamorphosi dies transformare in annos. Quòd cum manifestissimum sit, tota Arithmeticæ Criminicensis machina iterum corruat necesse est.

CCXLV. Nam quod ille fingit dies hos esse Angelicos, qui in his vaticinijs accipiantur pro annis, fingit certè, sed non probat: cum collatio similium locorum contrarium manifestè conuincat: Nam & Daniel & Ioannes non per dierum tantũ, sed etiam per mensium & annorum numerum breuitatem regni Antichristi, (quod trium tantum erit annorum, & sex mensium) accuratè descripserunt. Ac B. Ioannes quidem in cap. 11. vbi dierum 1260. meminit, forma alia loquendi addit, *ciuitatem sanctam calcandam mensibus quadraginta duobus*: sicut & postea dicit, *datam potestatem bestiæ mensibus quadraginta duobus*, & paulò ante, mulierem ait volasse in desertum, *vbi alatur per tempus*, (id est annum vnum) *& tempora* (id est, annos duos) *& dimidium temporis* (id est, sex menses

ses) Cui conuenit quod in capite 20. dicitur, *post annos mille oportere diabolum solui modico tempore*, id est breuissimo.

CCXLVI. Huic descriptioni tẽporis prorsus cõuenit vaticiniũ Danielis, nam & 1290. dies non admodũ excedunt tres annos & dimidiũ: & semel atq; iterum asserit, tyrannidẽ Antichristi duraturam tantum *in tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Immo Angelus iurauit per viuentem in æternum, *quod in tempus, & tempora, & dimidium temporis finis erit horum mirabilium.* Cum igitur tam plana sit scriptura, & S. Patres omnes clament tres annos & dimidium tantum, Antichristo relinquendos, nos quoque iurare possumus nec S. D. N. GREGORIVM, nec quenquam Pontificum Romanorum posse dici Antichristum: ac proinde nec anno correctionis Calendarij vaticinium Danielis & B. Ioannis completum esse.

Laus Deo Deiparæque.

IN IACOBVM HEERBRANDVM.

Cum primum incauto vates Islebicus orbi
Suaderet capitis somnia vana sui,
Nec Papam timuit, nec magni Cæsaris iras,
Nec superûm vires, stagna nec atra Stygis.
Cur igitur metuis fastorum Heerbrande libellos.
Incipis à tanto degener esse viro?